# FÜGGELÉK.

VÁLOGATOTT FORRÁSHELYEK GYÜJTEMÉNYE.

### Okleveles függelék a jogforrások történetéhez.

1.

1222. II. Endre király decretuma, az u. n. aranybulla.

In nomine sancte Trinitatis et individue unitatis. Andreas Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerieque rex in perpetuum.

Quoniam libertas tam nobilium regni nostri, quam eciam aliorum, instituta a sancto Stephano rege, per aliquorum regum potenciam, ulcisscencium aliquando iram propriam, aliquando eciam attendencium consilia falsa iniquorum hominum, vel sectancium propria lucra, fuerat in quamplurimis diminuta, multociens ipsi nobiles nostri serenitatem nostram et predecessorum nostrorum, regum suorum, precibus et instancia multa 10 pulsaverunt super reformacione regni nostri. Nos igitur eorum peticioni in omnibus satisfacere cupientes, ut tenemur, presertim quia inter nos et eos occasione ac1 iam sepius ad amaritudines non modicas est processum, quod ut regia honorificencia plenius conservetur, convenit evitari-hoc enim per nullos alios 15 melius fit, quam per eos-concedimus tam eis, quam aliis hominibus regni nostri libertatem a sancto rege concessam, ac alia ad statum regni nostri reformandum pertinencia salubriter ordinamus in hunc modum:

1. Ut annuatim festo sancti regis, nisi arduo negocio 20 ingruente vel infirmitate fuerimus prohibiti, Albe teneamur

<sup>1 =</sup> hac. — A középkori latin nyelv megértéséhez l. Bartal A. A magyarországi latinság szótára. Budapest, 1901. Ismertetését l. Illés Jogtudományi Közlöny XXXVII. évf. 5. sz. 1902. 43. és köv. l.

solempnisare; et si nos interesse non poterimus, palatinus procul dubio ibi erit pro nobis, ut vice nostra causas audiat et omnes servientes, qui voluerint, libere illuc conveniant.

25 2. Volumus eciam, quod nec nos, nec posteri nostri aliquo tempore servientes capiant, vel destruant, favore alicuius potentis, nisi primo citati fuerint et ordine iudiciario convicti.

 Item nullam collectam, nec liberos denarios colligi faciemus. Super predia servientum,<sup>1</sup> nec domos, nec villas,
 descendemus, nisi vocati. Super populos eciam ecclesiarum ipsorum nullam penitus collectam faciemus.

4 Si quis serviens sine filio decesserit, quartam partem possessionis filia optineat,<sup>2</sup> de residuo, sicut ipse voluerit, disponat. Et si morte preventus disponere non potuerit, propinqui sui, qui eum magis contingunt, obtineant; et si nullam penitus generacionem habuerit, rex optinebit.

5. Comites parochitani<sup>8</sup> predia servientum non discuciant, nisi causa monetarum et decimarum. Comites curie parochitani nullum penitus discuciant, nisi populos sui castri. Fures et 40 latrones biloci regales discuciant, ad pedes tamen ipsius comitis.

6. Item populi coniurati in unum, fures nominare non possint, sicut consueverant.

7. Si autem rex extra regnum exercitum ducere voluerit, servientes cum ipso ire non teneantur, nisi pro pecunia ipsius 45 et post reversionem iudicium exercitus super eos non recipiet. Si vero ex adversa parte exercitus venerit super regnum, omnes universaliter ire teneantur. Item si extra regnum cum exercitu iverimus, omnes, qui comitatus habent, vel pecuniam nostram, nobiscum ire teneantur.

8. Palatinus omnes homines regni nostri indifferenter discuciat; sed causas nobilium, que ad perdicionem capitis, vel ad destruccionem possessionum pertinent, sine consciencia regis terminare non possit. Judices vicarios non habeat, nisi unum in curia sua.

 9. Curialis comes noster, donec in curia manserit, omnes possit iudicare et causam in curia incoatam<sup>4</sup> ubique terminare.

<sup>1 =</sup> serviencium.

<sup>2 =</sup> obtineat.

<sup>&</sup>lt;sup>3</sup> = comites parochiani vagy parochiales (megyeispánok.)

<sup>4 =</sup> inchoatam.

Sed manens in predio suo pristaldum dare non possit, nec partes facere citari.

- 10. Si quis iobagio habens honorem, in exercitu fuerit mortuus, eius filius vel frater congruo honore sit donandus. Et 60 si serviens eodem modo fuerit mortuus, eius, filius, sicut regi videbitur, donetur.
- 11. Si hospites videlicet boni homines, ad regnum venerint, sine consilio regni ad dignitates non promoveantur.
- per sententiam, vel in duello succumbencium, vel ex quacunque alia causa, non fraudentur dote sua.
- 13. Iobagiones ita sequantur curiam, vel quocunque proficiscantur, ut pauperes per eos non opprimantur, nec spolientur.
- 14. Si quis comes honorifice se iuxta comitatus sui 70 qualitatem non habuerit, vel destruxerit populos castri sui, convictus super hoc, coram omni regno dignitate sua turpiter spolietur cum restitucione ablatorum.
- 15. Agazones, caniferi et falconarii non presumpmant descendere in villis servientum.
- 16. Integros comitatus vel dignitates quascunque in predia seu possessiones non conferemus perpetuo.
- 17. Possessionibus eciam, quas quis iusto servicio obtinuerit, aliquo tempore non privetur.
- 18. Item servientes, accepta licencia a nobis, possint 80 libere ire ad filium nostrum, seu a maiori ad minorem, nec ideo possessiones eorum destruantur. Aliquem iusto iudicio filii nostri condempnatum vel causa incoata coram ipso, priusquam terminetur coram eodem, non recipiemus, nec e converso filius noster.
- 19. Iobagiones castrorum teneantur secundum libertatem a sancto Rege institutam. Similiter et hospites cuiuscunque nacionis secundum libertatem, ab inicio eis concessam teneantur.
- 20. Decime argento non redimantur, sed sicut terra protulerit vinum vel segetes, persolvantur; et si episcopi contra- 90 dixerint, non iuvabimus ipsos.
- 21. Episcopi super predia servientum equis nostris decimas non dent nec ad predia regalia populi eorundem decimas suas apportare teneantur.
- 22. Porci nostri in silvis, vel pratis servientum non 95 pascantur contra voluntatem eorum.

23. Nova moneta nostra per annum observetur, a pasca usque ad pasca; et denarii tales, i sicut quales fuerunt tempore regis Bele.

24. Comites camere, monetarii, salinarii et tributarii nobiles

regni, Hysmahelite et Iudei fieri non possint.

25 Sales in medio regni non teneantur, nisi tantum in Zoloch et in Scegved<sup>2</sup> et in confiniis.

26. Possessiones extra regnum non conferantur. Si alique 105 collate, vel vendite, populo regni ad redimendum reddantur.

27. Marturine iuxta cosuetudinem a Colomanno rege constitutam solvantur.

28. Si quis ordine iudiciario fuerit condempnatus, nullus

potentum eum possit defendere.

110 29. Comites iure sui comitatus tantum fruantur; cetera ad regem pertinencia, scilicet cybriones, tributa, boves et duas partes castrorum rex obtineat.

30. Item preter hos quatuor iobagiones, scilicet palatinum, banum et curiales comites regis et regine, duas dignitates

115 nullus teneat.

31. Et ut hec nostra tam concessio, quam ordinacio sit nostris, nostrorumque successorum temporibus in perpetuum valitura, eam conscribi fecimus in septem paria litterarum et aureo sigillo nostro roborari. Ita quod unum par mittatur 120 domino pape et ipse in registro suo scribi faciat; secundum penes hospitale, tercium penes templum, quartum apud regem, quintum in capitulo Strigoniensi, sextum in Colocensi, septimum apud palatinum, qui pro tempore fuerit, reserventur. Ita, quod ipsam scripturam pre oculis semper habens, nec ipse deviet 125 in aliquo in predictis, nec regem, vel nobiles seu alios consenciat deviare, ut et ipsi sua gaudeant libertate, ac propter hoc nobis et successoribus semper existant fideles, et corone regie obsequia debita non negentur. Statuimus eciam, quod si nos, vel aliquis successorum nostrorum aliquo unquam tem-

130 pore huic disposicioni contraire voluerit, liberam habeant harum

<sup>1</sup> T. i. sint.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> = Szalacs és Szeged.

<sup>3</sup> T. i. sint.

 <sup>4 =</sup> csöbörpénz (boradó.)

auctoritate, sine nota alicuius infidelitatis, tam episcopi, quam alii iobagiones ac nobiles regni nostri, universi et singuli, presentes et posteri, resistendi et contradicendi nobis et nostris successoribus in perpetuum facultatem.

Datum per manus Clety, aule nostre cancellarii et Agri-135 ensis ecclesie prepositi, anno Verbi incarnati Mº CCº XXIIº venerabili Iohanne Strigoniensi reverendo Ugrino Colocensi archiepiscopis existentibus, Desiderio Chanadiensi, Roberto Wesprimiensi, Thoma Agriensi, Stephano Zagrabiensi, Alexandro Varadiensi, Bartholomeo Quinqueecclesiensi, Cosma Iauriensi, 140 Briccio Vaciensi episcopis existentibus, regni nostri anno XVII.

(Az esztergomi primási levéltárban őrzött 1318. évi hiteles másolat után, melynek hasonmását közli Knauz Nándor a Magyar Történelmi tár X. kötetében 208. 1.)

2.

1224. II. Endre királynak az erdélyi szászok részére adott privilegiuma, az u. n. Andreanum.

In nomine sanctae Trinitatis et individue Unitatis. Andreas 1 Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Gallicie Lodomerieque rex in perpetuum. Sicut ad regalem pertinet dignitatem, superborum contumaciam potenter opprimere, sic etiam regiam decet benignitatem, oppressiones humilium misericorditer sublevare et fidelium metiri famulatum et unicuique secundum propria merita retribucionis gratiam impertiri. Accedentes igitur fideles hospites nostri Theuthonici Ultrasilvani universi ad pedes maiestatis nostre humiliter nobis conquerentes, sua questione suppliciter nobis monstraverunt, quod penitus a 10 sua libertate, qua vocati fuerant a piissimo rege Geysa avo nostro, excidissent, nisi super eos maiestas regia oculos solite pietatis nostre aperiret, unde pre nimia paupertatis inopia nullum maiestati regie servicium poterant impertiri Nos igitur iustis eorum querimoniis aures solite pietatis inclinantes ad presenciam 15 posterumque1 noticiam volumus devenire, quod nos antecessorum nostrorum piis vestigiis inherentes, pietatis moti visceribus

<sup>1</sup> Hibásan: presencium posterorumque.

pristinam eis reddidimus libertatem. Ita tamen, quod universus populus incipiens a Waras usque in Boralt cum terra Syculorum 20 terra Sebus et terra Daraus unus sit populus et sub uno iudice censeantur, omnibus comitatibus preter Chybiniensem cessantibus radicitus. Comes vero quicumque fuerit Chybiniensis, nullum presumat statuere in predictis comitatibus, nisi sit infra eas1 residens, et ipsum populi eligant, qui melius videbitur expedire, 25 nec eciam in comitatu Chybiniensi aliquis audeat comparare pecunia. Ad lucrum vero nostre camere quingentas marcas argenti dare teneantur annuatim; nullum predialem vel quemlibet alium volumus infra terminos eorundem positum ab hac excludi reddicione, nisi qui super hoc gaudeat privilegio speciali. Hoc 30 eciam eisdem concedimus, quod pecunia, quam nobis solvere tenebuntur seu dignoscuntur, cum nullo alio pondere nisi cum marca argentea, quam piissime recordacionis pater noster Bela eisdem constituit, videlicet quintum dimidium fertonem Chybiniensis ponderis cum Coloniensi denario, ne discrepent in statera, 35 solvere teneantur. Nunciis vero, quos regia maiestas ad dictam pecuniam colligendam statuerit, singulis diebus, quibus ibidem moram fecerint, tres lotones2 pro eorum expensis solvere non recusent. Milites vero quingenti infra regnum ad regis expedicionem servire deputentur, extra vero regnum centum, si rex 40 in propria persona iverit; si vero extra regnum iobagionem miserit sive in adiutorium amici sui, sive in propriis negociis, quinquaginta tantummodo milites mittere teneantur, nec regi ultra prefatum numerum postulare liceat, nec ipsi eciam mittere teneantur. Sacerdotes vero suos libere eligant et electos repre-45 sentent et ipsis decimas persolvant, et de omni iure ecclesiastico secundum antiquam consuetudinem eis respondeant. Volumus et etiam firmiter precipimus, quatenus ipsos nullus iudicet, nisi nos vel comes Chybiniensis, quem nos eis loco et tempore constituemus. Si vero coram quocumque iudice remanserint, 50 tantummodo iudicium consuetudinarium reddere teneantur, nec eos eciam aliquis ad presenciam nostram citare presumat, nisi causa coram suo iudice non possit terminari. Preter vero supradicta silvam Blacorum et Bissenorum3 cum aquis usus communes

<sup>1</sup> Hibásan: eos helyett.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> = lat a márka <sup>1</sup>/16 része.)

<sup>» =</sup> oláhok és bessenyők.

exercendo cum predictis scilicet Blacis et Bissenis eisdem contulimus, ut prefata gaudentes libertate nulli inde servire 55 teneantur. Insuper eisdem concessimus, quod unicum sigillum habeant, quod apud nos et magnates nostros evidenter cognoscatur. Si vero aliquis eorum aliquem convenire voluerit in causa pecuniali, coram iudice non possit uti testibus, nisi personis infra terminos eorum constitutis, ipsos ab omni iurisdiccione 60 penitus eximentes; salesque minutos secundum antiquam libertatem circa festum beati Georgii octo diebus, circa beati regis Stephani octo et circa festum beati Martini similiter octo diebus omnibus libere recipiendos concedentes. Item preter supradicta eisdem concedimus, quod nullus tributariorum nec ascendendo 65 nec descendendo presumat impedire eos. Silvam vero cum omnibus appendiciis suis et aquarum usus cum suis meatibus, que ad solius regis spectant donacionem, omnibus tam pauperibus quam divitibus libere concedimus exercendos. Volumus eciam et regia auctoritate precipimus, ut nullus de iobagionibus 70 nostris villam vel predium aliquod a regia maiestate audeat postulare; si vero aliquis postulaverit, indulta eis libertate a nobis contradicant. Statuimus insuper dictis fidelibus, ut cum ad expedicionem ad ipsos nos venire contigerit, tres descensus tantum solvere ad nostros usus teneantur. Si vero vaivoda ad 75 regalem utilitatem ad ipsos vel per terram ipsorum transmittitur, duos descensus, unum in introitu et unum in exitu solvere non recusent. Adiicimus eciam supradictis libertatibus predictorum, quod mercatores eorum, ubicumque voluerint, in regno nostro libere et sine tributo vadant et revertantur, efficaciter ius suum 80 serenitatis intuitu prosequentes. Omnia eciam fora eorum inter ipsos sine tributis precipimus observari. Ut autem hec, que ante dicta sunt, firma et inconcussa permaneant in posterum, presentem paginam duplicis sigilli nostri munimine fecimus roborari. Datum anno ab incarnacione Domini Mº CCº XXIIII.,º 85 regni autem nostri anno vicesimo primo.

(Zimmermann-Werner: Urkundenbuch zur Geschichte der Deutschen in Siebenbürgen. I. 34-35 II.)

1273. ápr. 18. Máté szlavon bán megerősiti a szlavon nemesek és várjobbágyok által bemutatott statutumokat.

Nos Matheus, banus tocius Sclavonie significamus omnibus presencium per tenorem, quod in congre[gacione] regni tocius Sclavonie generali nobiles et Jobagiones castrorum hec iura regni et banatus infrascripta, redacta in scriptis nobis exhibuerunt. petentes, quod ea in iudiciis exercendis et banatus iuribus 5 ex . . . . . ns servare [et] f[acer]emus per nostros iudices observari. Nos itaque, utpote qui de bonis regni et utilitatibus gratulamur, ipsorum peticionem iustam eo, quod premissa iura veris et legitimis racionibus fundabantur, admisimus debito cum 10 effectu. Primum s[iq]uidem actor pristaldum suum consanguineum vel cognatum, aut servientem, vel suum parochialem sacerdotem pro testimonio recipere nullus possit. Ad hec, si citacio fiat in presenciam nostram, quindena diei citacionis, si vero in presenciam nostrorum iudicum, octava debet pro 15 termi[no assi] gnari et actor in primo citacionis edicto in litteris iudicis suam exprimet accionem, ne locus fraudibus reservetur; et si conventus in primo non comparuerit termino, quadraginta denariorum iudicio subiacebit; pro ceterorum vero obmissionibus terminorum consueta iudicia [re]gni solve[ntur.] Item, citatus 20 in causa possessionis, furti, violencie, homicidii aut infidelitatis. si personaliter, vel per hominem suum comparuerit, responsio peremptoria sine iudicii gravamine usque ad septimum terminum debeat prorogari, et in recepcione cuiuslibet termini quindecim dierum inducie observentur, vel pro septem edictis, que legitime 25 recipi possent, unus terminus peremptorius assignetur. Et si quis in premissis casibus in septimo termino non comparuerit, iudex in octavo termino publicare1 faceret proclamari, quod reus iuri parere debeat, quare in prioribus terminis non comparuerit, ostensurus iustam et legitimam racionem; qui si eciam tunc se absentaverit, actor mittetur causa rei servande in possessionem contumacis, pro modo debiti, vel maleficii in litteris iudicis declarati. Preterea, si quis pristaldo contradixerit, vel maculam obiecerit falsitatis, si ipsum legitime con-

<sup>1</sup> Hibásan publice helyett.

vincere non poterit, solvet pro iudicio marcam unam. Item, si quis pristaltum verberaverit, vel hominem capituli datum pro 35 testimonio, convictus tamen legitime, pene decem marcarum subiacebit. Si quis autem in figura iudicii litteris capituli vicium opposuerit falsitatis et non convicerit regni legitimis documentis, decem marcarum penam solvet. Ceterum cum quis in causa pecuniaria condempnatus iudici, vel adversario suo usque ad 40 secondum terminum satisfacere non curaverit, et1 tercio termino unus de iudicibus per regnum constitutis ibit cum homine comitis Zagrabiensis vel Crisiensis, adhibito testimonio capituli Zagrabiensis vel Chasmensis, et de bonis seu rebus contumacis juxta condignam estimacionem iustum exiget iudicatum; in 45 peculio autem petito magne quantitatis iudices inspecta qualitate personarum secondum suam discrecionem moderabuntur terminos pro solucionibus faciendis. Item, si quis alteri crimen obiecerit lese maiestatis vel dixerit, quod falsam incudi faciat monetam, si convincere non poterit, penam pati debeat talionis. 50 Statutum fuit eciam, si quis contra alterum in iudicio proposuerit, quod in regno ducat vitam publice violentam, et non convicerit, secundum iuris processum solvet dimidii homicidii iudicium, pensas scilicet sexaginta; si vero actor proposuerit contra reum, quod ipse rerum suarum fur exstiterit sive latro, 55 et legitime non convicerit iudicia duo solvet. Si quis autem in iudicio constitutus adversarium suum in presencia iudicis vituperaverit, iudicium lingue solvet, scilicet viginti quinque pensas; in minoribus autem causis convictus solo iudicio agrauatur.2 Item si cui obiectum fuerit in iudicio quod super 60 domum alterius manu venerit violenta, et non convicerit iusticia mediante, iudicium duplex solvet. Adiectum fuit eciam premissis, quod in quolibet genere accionis adiudicato ad duellum sive sacramentum, si partes composicionem fecerint, iudex ultra formam composicionis habite plus petere non valebit. Item in 65 omni causa, sive actor reo deferat, sive reus actori referat sacramentum, iudex inter ipsos duellum non possit iudicare, sed per sacramentum causa debeat terminari, nisi partes examen duelli assumpserint spontanea voluntate. Extitit eciam ordinatum, quod in causa homicidii vel furti, si quis per sacramentum 70

1 Hibásan in helyett.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> Hibásan aggravetur helyett.

adiudicatum se purgabit, solvet purgacionis denarios quadraginta, et eciam in causis vinearum ac molendinorum, si adiudicatum fuerit sacramentum, idem debet iudicium observari. Item in causa pecuniaria reus convictus nullatenus debet captivari, nisi 75 pecunia vel possessione carere inventus fuerit manifeste. In accione eciam furti sive violencie, vel cuiuslibet maleficii homo possessionatus sine caucione fideiussoria iudicetur. Item alter pro alterius delicto, sicut pater pro filio emancipato, vel e converso, autem1 frater pro fratre divisio[nis] titulo separato non 80 debeat condampnari, nisi fuerint conscii vel participes criminis perpetrati; sed quisque in bonis propriis et porcionibus, iuxta suum meritum aggravetur. Item porcio hereditaria sine herede decedentis generacioni sue debeat remanere. Nec petermittimus, quod si terra alicuius reambulator, iudex ad fructus vel utilitates 85 eius non debet mittere manus suas, donec causa inter partes fuerit fine debito terminata. Item cum hostilis incursus vel[e]xercitus venerit super regnum, aut dominus rex processerit in expedicionem personaliter, tunc nobiles regni de Sclavonia, singuli et universi ire in exercitum tenebuntur; ita tamen, quod 90 idem cum baronibus, quibus voluerint, exercituandi habebunt liberam facultatem. Item super debitores zulusinarum vel procuracionum, aut descensuum exhibita satisfaccione banus descensum facere non debet, nisi iusta causa regni et legitima imminente, et nobiles ac iobagiones castrorum de descensibus bani debent 95 usque octavas sancti Martini modis omnibus expediri. Item si quis in solvendo marturinas, collectam septem denariorum, iudicia exercitualia vel aliam collectam quam in regno fieri continget, seu iudicia, in quibus est convictus, contumax extiterit et rebellis, comes Zagrabiensis vel Crisiensis cum uno de coiudi-100 cibus sibi deputatis ad exigendum procedet, assumpto secum testimonio capituli Zagrabiensis vel Chasmensis pro eo, ne plus iusto debito exigatur; et in processu suo super aliquem nobilem vel iobagionem castri descensum facere non debebit, sed expensas, quas fecerit in eundo, de bonis eciam recipiet contu-105 macis. Nec volumus sub silencio preterire, quod nobiles in Zagoria et aliis comitatibus consimilibus existentes comiti parochiali descensum dare non tenentur, nec eius astare iudicio, sed banus eos iudicabit pro tempore constitutus. Sane collec-

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> Hiba aut helyett.

tores eciam marturinarum non cum pluribus procedere debeant, nisi cum duodecim hominibus, habentes quatuordecim equos 110 et non plures; quibus quidem de qualibet generacione pro victualibus administrari debeat ovis una, sex galline, anser unus, quatuor cubuli de vino cum cubulo trium palmarum, duodecim cubuli de pabulo, cum cubulo quatuor palmarum, et non ultra; prout felicis recordacionis domini nostri illustris regis Bele in 115 privilegio continetur. Collectores autem septem denariorum, vel judiciorum exercitus dimidietatem habebunt descensus memorati, dictique collectores marturinarum in curiis nobilium vel iobagionum castri domos aliquas aut domum villici, vel preconis, molendina et stubas dicare non debeant ullo modo; 120 villico eciam domus una et curia sua pro recipiendis hospitibus libere relinquatur, et talis debet habere villicum et preconem, qui decem iobagiones possidet et non infra. Item commorantes super terris nobilium vel iobagionum castri dicari non debent, sed iobagiones eorum, si quos habent. Et quod 125 omnia premissa debito ordine observentur, cum comite Zagrabiensi quatuor nobiles et duo iobagiones castri et totidem cum comite Crisiensi, quos regnum eligendos duxerit, iudicabunt, qui si omnes interesse non possent, tres vel duo iuxta comitem sufficiant ad judicium faciendum. Ut autem hec statuta supra-130 scripta s[eu] constituciones robur perpetue obtineant firmitatis, presentes concessimus litteras sigilli nostri munimine robo-Zagrabie quarta feria proxima post octavas ratas. Datum pasce, anno ab incarnacione Domini M. CC. septuagesimo tercio. 135

(Smičiklas: Codex diplomaticus regni Croatiae, Dalmatiae et Slavoniae. Vol. VI. 25—28. 1.)

4.

### A)

1526. Személynöki előterjesztés és országgyülési itélet Werbőczy István és Szoby Mihály hütlenségi perében.

Nos Praelati, Barones, Proceresque, et tota Nobilitas Regni Hungariae, memoriae commendamus, tenore praesentium significantes, quibus expedit, universis: Quod nobis feria sexta

proxima post festum Inventionis Sanctae Crucis novissime transactum, instante scilicet termino Generalis Conventus nostri, pro festo Divi Georgii Martyris proxime praeterito de Regio edicto celebrato, hic Budae paenes Serenissimum Principem Ludovicum Dei gratia Hungariae, Bohemiae etc. Regem, Dominum nostrum clementissimum, Conventu in eodem constitutis 10 et existentibus, egregius Magister Nicolaus de Thurocz, Personalis Praesentiae ipsius Domini Nostri Regis Locumtenens, nomine et in persona Maiestatis suae exhibuit et praesentavit Nobis quasdam Literas honorabilis Capituli Ecclesiae Budensis Exhibitorias, Ammonitorias et Certificatorias pro parte dicti 15 Domini nostri Regis contra Stephanum de Verbeöcz et Michaelem de Zob confectas et emanatas . . . . . quibus exhibitis et praesentatis idem Magister Nicolaus nomine, ut praefertur, et in persona praefati Domini nostri Regis ea, quae contra auctoritatem Regiam et Libertatem Regni huius per praefatos Stepha-20 num de Verbeöcz et Michaelem de Zob praeteritis temporibus acta sunt, ex mandato regio volens lucidius declarare, contra eosdem Stephanum Verbeöczy et Michaelem Zoby proposuit eo modo: Quomodo idem Dominus noster Rex sedulo ac diligenter considerans quanta pericula huic Regno tum ab exte-25 ris hostibus, tum vero intestina quorumdam subditorum Maiestatis suae factione circum quaque immineant, quanta item diminutio Auctoritatis Regiae et Libertatis huius Regni superioribus annis, et praesertim cum praefati Stephanus Verbeöczy et Michael Zoby, dictae factionis praecipua Capita, Conventum 30 Generalem Regnicolarum anno praeterito pro die dominico Iubilate ex Regio Edicto in Campo Rákos celebratum, non curatis periculis huic Regno imminentibus, rebus publicum statum huius Regni concernentibus infectis, sine omni iusta causa dissolventes, immemores beneficiorum, a praefato Domino 35 nostro Rege largissime acceptorum, et praesertim dictus Stephanus Verbeöczy, alias Personalis Praesentiae Regiae Maiestatis Locumtenens, immemor fidei et fidelitatis, quam Maiestati suae et alioquin, potissime vero ex officio suo integerrime debebat, contra Mandatum Regium, et bene omnium Ordinum huius 40 Regni consensum, sub specie communis Boni ac reformandi Status Regni in oppido Hatwan Comitia indixissent contra statum publicum praefati Domini nostri Regis et Coronae se se erigere non formidantes; ad quae, evitandae seditionis causa,

quae hinc, nisi Sua Maiestas id fecisset, aperte imminebat, certis namque nunciis ad Suam Maiestatem dicti homines factiosi semel 45 atque iterum huc Budam missis inter alia Maiestati suae nunciassent, ut si illo proficisci nollet, vellent ipsi cum omnibus viribus eorum ad Suam Maiestatem propius venire, ipsam etiam Maiestatem Regiam sub fide assecuratione Salui Conductus cum Dominis utriusque Ordinis, ac Proceribus Maiestati Suae 50 adhaerentibus, proficisci compulissent: ibique, inter cetera opprobria in omnes Ordines et Dignitates sine moderatione iactata, eisdem Stephano Verbeöczy et Michaele Zoby auctoribus Spectabili ac Magnifico Domino Stephano de Bathor, dicti Regni Hungariae Palatino, Magistratus Palatinalis abrogatus, ac 55 praefatus Stephanus Verbeöczy, consentientibus factionis suae hominibus, non per suffragia Regni huius, sed tumultuose in locum eiusdem Domini Palatini suffectus esset, et interim, quoad praefatus Dominus noster Rex illo applicuisset, nonnullos Proceres et Nobiles Regni huius, qui utpote Mandato Regiae 60 Maiestatis pro fidelitatis eorum constantia obtemperantes non solum per se illuc ad Hatwan ire noluissent, sed etiam quam plurimos ad obedientiam et integram fidelitatem Regiae Maiestati debitam domi retinuissent, multis conviciis et probris eos afficiendo, contra contenta Generalis Decreti 65 Regni, de infidelium condemnatione editi et stabiliti, proditores ac infideles Regni publice declarassent. Quae omnia cum videat praefatus Dominus noster Rex in apertam diminutionem authoritatis suae regiae et antiquae libertatis omnium Statuum huius Regni vergere, nolens ea, quae in Praelatos, Barones, Proceres, 70 ac alios fideles, regnicolas suos per tumultum et factiones acta sunt, impunita relinquere, ne daret occasionem per huiusmodi homines factiosos et authoritatem suam regiam et libertatem huius Regni vilescere, memorati Stephanus Verbeöczy et Michael Zoby tota die praescripti tertii diei, ad quem, ut praemittitur, 75 fuerunt ammoniti, imo die etiam tunc immediate sequenti, per annotatum Magistrum Nicolaum in persona praefati Domini nostri Regis coram nobis legitime exspectati, in eiusdem Domini nostri Regis praesentiam, et per consequens praescriptum Conventum Generalem, prout ex Decreto Regni 80 debuissent, venire recusantes, idem Magister Nicolaus in persona praefati Domini nostri Regis ex parte eorumdem Stephani Verbeöczy et Michaelis Zoby per Nos in praemissis Iuris aequitatem, iustitiaeque complementum supplicavit elargiri. Sane quia 85 praefatus Stephanus Verbeöczy, instante praescripti Generalis Conventus sancti Georgii termino, de ipso Palatinatus negotio et rebus, factisque in ipso Hatwaniensi Conventu habitis, regiae Maiestati modo praemisso hic Budae personaliter supplicasse, et deinde a Sua Maiestate nulla relatione expectata una cum 90 praefato Michaele Zoby hinc noctu discessisse, atque aufugisse, tantumque praefatus Dominus noster Rex, ne quid in hac re decretis et consvetudinibus Regni sui praeiudicare videretur, ex superabundanti gratia sua mediantibus praefatis Literis Praeceptoriis per praefatum Testimonium dicti Capituli Ecclesiae 95 Budensis ad praescriptum tertium diem festi Beatorum Philippi et Jacobi Apostolorum iuxta contenta Decreti evocari fecisse, iidemque Stephanus Verbeöczy et Michael Zoby die in eodem, imo etiam die tunc immediate sequenti, per praefatum Magistrum Nicolaum in ipso Generali Conventu legitime 100 exspectati, venire non curasse, sed se in sua culpabilitate manifestum Iudicium a facie Iuris et Iustitiae penitus absentasse ex praemissis reperiebantur manifeste, Propter quod iuxta contenta Generalis Decreti superinde editi et stabiliti iidem Stephanus Verbeöczy et Michael Zoby pro praemissa eorum contra Statum 105 Publicum Domini nostri regis et Coronae notoria erectione, aliisque praedeclaratis diversis nefandissimis atque illicitis et indignis actibus praesumtuosis, tamquam authoritatis regiae Impetitores, Publici Status, Pacis, Libertatis manifesti Turbatores, iure, legitime, et ex maturo omnium nostrum consilio, accedente 110 etiam ad hoc benevolo consensu et sana deliberatione praefati Domini nostri Regis pro Tribunali in medio considentis, proscribi, et Publicos Hostes, Notoriosque Infideles declarari, exindeque universa eorum Bona, tam mobilia, quam immobilia, Iuribus Uxorum et Liberorum eorumdem ex speciali gratia Regis 115 salvis remanentibus. Fisco Regio applicari debere perspicue agnoscebantur. Nolentes igitur ea, quae in diminutionem dignitatis et authoritatis regiae atque libertatis Regni per tumultum et factiones indebite acta sunt, impunita relinquere, ne alii ab ipsis factiosis exemplati ad simile notorium facinus 120 contra Principem et Regni libertatem perpetrando se opponere praesumant, cum potius eorum personalis afflictio quoslibet alios a talibus factionibus seditionibusque concitandis retrahat, et restinguat, ceterisque formidabile transeat in exemplum.

eosdem Stephanum Verbeöczyum et Michelem Zoby rationibus et causis ex praeviis duximus proscribendos, et in publicos 125 hostes, notoriosque infideles declarandos, atque pronunciandos, universa eorum bona, tam mobilia, quam immobilia Fisco Regio applicari committendes. Iuribus tamen praefatorum Uxorum et Liberorum eorumdem ex speciali, ut praefertur Principis gratia salvis remanentibus: imo proscribimus, declaramus, 130 Iustitia requirente. Harum nostrarum appensione sigillorum praefati Domini Nostri Regis, quo ut Rex Hungariae in Iudiciis utitur, nec non praefati Domini Stephani de Báthor Palatini, et item Magnifici Domini Ioannis Drágfy de Bélthök Iudicis Curiae Regiae Maiestatis communitarum vigore et testimonio Literarum 135 mediante. Datum Budae praedicto quarto die termini praenotati. (MDXXVI.)

(Horvát István: Verbőtzi István emlékezete. II. k. 245-250. II.)

4.

B)

1526. II. Lajos király az országgyűlés végzése következtében Werbőczy Istvánt és Szoby Mihályt az ország ellenségeinek nyilvánitván, a számüzetés büntetésével sujtja s Báthory Istvánt a nádori tisztségbe visszahelyezi.

Nos Ludovicus Dei gracia Rex Hungarie et Bohemie etc. 1 Memorie commendamus tenore presencium significantes, quibus expedit, universis, quod nos sedulo ac diligenter considerantes quanta pericula huic regno nostro tum ab exteris hostibus, tum vero intestina quorundam subditorum nostrorum factione circumquaque immineant, quanta item diminucio auctoritatis nostre regie, ac libertatis huius regni nostri preteritis temporibus facta sit, et presertim cum anno preterito Stephanus Werbewczy ac Michael Zoby, dicte factionis precipua capita, contra mandatum nostrum, prelatorumque, baronum et procerum, ac totius pene nobilitatis 1 consensum, sub specie communis boni, ac reformandi status huius regni nostri, in oppidum Hathwan (comitia) indixissent, ad que nos etiam evitande sedicionis causa, que tunc, nisi id fecissemus, aperte immine(bat, cum) ipsis prelatis et baronibus ac proceribus nostris proficisci compulissent, ibique inter cetera 15

opprobria in omnes ordines ac dignitates sine (mise)racione iactata ac alia multa perperam violenter ac contumeliose acta, eisdem Stephano Wer(bewczy) et Michaele Zoby auctoribus, fideli quoque nostro sincere nobis dilecto spectabili et magnifico domino 20 Stephano de Bathor regni nostri (Hunga)rie palatino, qui nobis et huic regno nostro temporibus (ne)cessariis multa grata et fidelia prestit(isset ob)sequia, magistratus palatinatus abrogatus, ac prefatus Stephanus Werbewczy consencientibus factionis sue hominibus, non per suffragia n(obilium), sed tumultu(arie) in 25 locum eiusdem palatini suffectus (est). Que omnia cum videremus in apertam perniciem et nostri et status regnorum nostrorum vergere, curavimus (dili)genter in hoc generali conventu, quem oc his etiam causis ad festum beati Georgii martiris proxime preteritum (indix)eramus, apud regnicolas nostros declarare. 30 Qui, cognitis hiis omnibus humilime nobis supplicarunt, ne ea, que (contra) prelatos barones et proceres nostros per tumultum et f(ac)tiones, indebite acta sunt, impunita esse sineremus, (nec occa)sionem daremus, per eiusmodi homines factiosos et auctoritatem nostram regiam et libertatem huius regni vilescere. Qua 35 supplicatione iusta et ad bonum publicum pertinente, benigne exaudita, eosdem Stephanum Werbewczy et Michaelem Zoby, auctoritatis nostre impetitores, ac publice pacis et libertatis manifestos turbatores jure, leg(iti)me et ex maturo consilio universorum prelatorum baronum procerum ac regnicolarum huius regni nostri, 40 proscribi et in perpetuos, notoriosque infideles declarari fecimus. Ac insuper ne decetero ad magistratum palatinatus, qui in hoc regno nostro, in ordine baronum, suprema est dignitas, ad impeticionem cuiuscunque factio pateat accessus, ittidem ex pleno consilio dictorum prelatorum, baronum, procerum ac 45 regnicolarum nostrorum decrevimus et deliberavimus, ut ipse magistratus eidem Stephano de Bathor, qui sine causa, iniuste, indebiteque abrogatus erat, restituatur, et idem in pristinam auctoritatem ac dignitatem reficiatur. Et ne futuris etiam temporibus ab ipso, vel a quopiam alio palatino, nisi ob aliquod 50 capitale facimus auferatur. Hoc etiam addito, ut sicuti iuxta antiquam consvetudinem (in) generali conventu, per suffragia omnium statuum huius regni nostri, palatini, in hoc regno nostro eligi ac per reges creari solent, ita si quod alicui illorum crimen objectum fuerit, antequam officio privetur, cognicion 55 dominorum praelatorum baronumque et totius nobilitatis, in conventu generali subjiciatur. Qua in re quicunque palatinus per iuris processum convictus fuerit, non solum magistratu, sed et vita ipsa publice privari debeat, iure et iusticia mediante, alioquin autem palatinatus ipsius officium, non possit a quopiam aufferi, vita eius durante. Immo deliberamus et decernimus ac 60 firmiter concludimus. Harum nostrarum quibus secretum sigillum nostrum quo ut rex Hungarie utimur est appensum, communitarum vigore et testimonio litterarum mediante. Datum Bude sabbato proximo post festum beatorum Philippi et Jacobi apostolorum. Anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo sexto. 65 Regnorum vero nostrorum Hungarie et Bohemie etc. predictorum. Anno undecimo. Ludovicus R(ex) manu(propria).

(Szabó Károly: Történeti Lapok I. évf. Kolozsvárt, 1874. 16. szám 255. és köv. II.)

## Forráshelyek a magyar magánjog történetéhez.

1.

1248. Péter ispán özvegye, Ondurnia hitbérének tizenkét márkát meghaladó részét az esztergomi káptalan előtt fiának, Andrásnak elengedi.

### A. B. C. D.1

Ph.² prepositus et capitulum Strigoniensis³ ecclesie omnibus presentes litteras inspecturis salutem in Domino Jhesu Christo. Noticie omnium tenore presencium duximus significandum, quod domina Ondurnia filia Ondurnuch comitis de genere Cuplan,⁴ relicta Petri comitis filii Fuurh, in nostra constituta presencia proposuit et confessa est, quod a filio suo Andrea coram nobis tunc presente, quem de eodem Petro comite genuerat, pro dote sua recepit duodecim marcas argenti, et residuum debiti, in quo secundum regni consuetudinem pro dote sua eidem tenebatur,⁵ liberaliter totum remisit. Ita tamen, quod neque dicta domina, nec aliquis de consanguineis eiusdem dictum Andream pro dote supradicta valeat inposterum⁵ molestare. Et hoc pro bono pacis et amore filii, ut ipsa cum eodem predicto filio, et filius cum eadem pacifice et sine aliqua offensione posset commorari. Nos

<sup>2</sup> Ph. = Philippus.

<sup>4</sup> = Kaplony nemzetség.

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> Cirographum; a betük fele el van vágva.

<sup>&</sup>lt;sup>3</sup> Strigonium = Esztergom.

<sup>&</sup>lt;sup>5</sup> T. i. eidem domine Ondurnie filius Andreas tenebatur.

<sup>6 =</sup> a jövőben, azontúl.

igitur ad instanciam et peticionem eiusdem domine filio suo 15 supradicto Andree litteras nostras testimoniales concessimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno Domini Mº CCº XLº octavo, per manus Georgii lectoris Strigoniensis.

(Eredeti hártyaoklevél a m. kir. országos levéltárban. DL. 332, sz. a.)

2.

1234. máj. 14. II. Endre magyar király és Aldobrandino estei őrgróf leánya Beatrix között közjegyző előtt kötött házassági szerződés.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti amen. Dominus Andreas Dei gracia Ungarie, Dalmacie, Croacie, Galacie, Rame, Servie, Lodomerieque rex nomine mere ac pure et inrevocabilis donacionis, que esse dicitur inter vivos, donavit quinque millia marcas argenti domine Beatrici regine uxori sue, filie quondam felicis memorie domini Aldrovandini2 marchionis Estensis, promittendo se daturum et soluturum predicte domine Beatrici uxori sue et suis heredibus predictas quinque millia marchas argenti hinc ad quinque annos completos, ita quod in quolibet anno istorum quinque annorum solvere debeat et sibi solvere 10 teneatur et suis heredibus mille marchas argenti, obligando se et suum regnum totum donec predictam pecunie quantitatem sibi et suis heredibus solverit et attenderit,3 ita quod ipsam pecuniam totam sive argentum predictum domina regina apud se habeat et habere debeat et de ea, quidquid sibi placuerit ad 15 suam voluntatem, ut voluerit facere, faciat; et in hoc sibi dotem constituit, concedendo eciam idem dominus rex Andreas eidem domine regine omnes redditus, proventus, utilitates, raciones et iura, que et quas ullo tempore hinc retro habuerunt seu habere consueverunt regine Ungarie. Et insuper faciens ei graciam 20 specialem promisit dare ei et solvere omni anno in vita sua ultra dotem et omnia predicta de sua camera speciali mille

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> Galicie helyett. A sorrend egyébként hibás. Galicie-nek Servie után kell következnie.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> Hibásan Aldovrandini helyett.

<sup>&</sup>lt;sup>3</sup> appenderit helyett.

marchas argenti vel tantum, quod inde de suis redditibus possit tantum argentum ab ea omni anno percipi et haberi.1 Et ibi 25 in continenti<sup>2</sup> interrogatus idem dominus Andreas Dei gracia rex Ungarie a domino Guidocto Dei gratia episcopo Mantuano, si volebat Beatricem filiam felicis memorie quondam Aldrovandini3 marchionis Estensis in suam uxorem legitimam et in ipsam ut in suam uxorem legitimam per verba de pre senti consentire. 30 Respondit, quod sic volebat et sibi placebat et dicebat et faciebat in omnibus, ut dictum est superius, et eodem modo interrogata predicta domina Beatrix ab eodem domino episcopo Mantuano, si volebat dominum Andream Dei gracia regem Ungarie in suum virum legitimum et in ipsum tanquam in virum legitimum per 35 verba de presenti consentire, respondit quod sic volebat et sic placebat et dicebat et faciebat in omnibus, ut dictum est superius. His itaque interrogacionibus et responsionibus sic factis idem dominus Andreas rex eandem dominam Beatricem desponsavit annulo maritali, consenciendo in eam, ut dictum est, in omnibus 40 et per omnia. Et de omnibus predictis plura instrumenta uno tenore inde fieri rogata sunt. Interfuere4 testes dominus Robertus Dei gracia Strigoniensis archiepiscopus, dominus Bartholomeus Dei gracia episcopus Vesprimiensis, comes Maginhardus de Aquilucia, comes Martinus de Sancto Martino, comes Schenela 45 de Tarvisio, dominus Matheus de Corrigia, dominus castellanus de Gaffaris, dominus Wilielmus vicedominus, dominus Bonaventurinus de Archelardis, dominus Arnaldus de Saviola milites Mantuani, dominus Occatus de Padua, dominus Raymondus de Tarvisio et alii testes quam plures.

50 Actum est hoc apud Albam Civitatem in ecclesia Beate virginis Marie, millesimo ducentesimo trigesimo quarto, indiccione VII. die dominico, quarto decimo intrante Maio. 8

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> Zavaros szöveg; helyesen: vel tantum, quantum argenti de suis redditibus omni anno percipi et haberi possit.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> = rögtön.

<sup>&</sup>lt;sup>3</sup> Hibásan Aldovrandini helyett.

<sup>&</sup>lt;sup>4</sup> Interesse = jelenlenni.

<sup>5 =</sup> Székesfehérvár.

<sup>&</sup>lt;sup>6</sup> Az indictio 15 évből álló cyclus, mely a római adórendszerből eredt; az utána álló VII. szám jelzi, hogy az okirat kelte a cyclus hányadik évére esik.

<sup>7 =</sup> vasárnap.

<sup>8</sup> A hónap első fele 1—15-ig, illetőleg 31 napos hónapokban 1—16-ig mensis intrans-nak, a másik fele pedig 15 illetőleg 16-tól 20-ig mensis

Ego Zambonus de Lonato a domino Friderico rege<sup>1</sup> notarius interfui et rogatus scripsi.

(Fejér: Codex diplomaticus III/2. 376-378. 11.)

3.

1289. Olgyai Bőjtös fiai, Tamás és Séz a néhai fivérök özvegyének kifizetendő hitbérre és jegyajándékra nézve az özvegy fivérével, Kápolnai Jánossal két márkában kiegyeznek.

Nos magister Dominicus divina miseracione prepositus 1 Posoniensis, memorie commendamus, quod cum Johannes filius Farcasii de Capolna Tomam et Sceiz filios Buchtus de Ova super dote et rebus parefarnalibus sororis sue domine Anne, relicte Leuce2 fratris predictorum Tome et Scez coram nobis 5 traxisset in causam, et licet aliquantulum fuisset disceptatum inter partes, ad ultimum tamen mediantibus probis viris ad talem pacis unionem devenerunt, sicut partes nobis retulerunt oraculo vive vocis,3 quod pro dote et rebus parefarnalibus4 dicte domine Tomas et Scez solvent ipsi Johanni in Assumpcione beate Vir- 10 ginis<sup>5</sup> proximo ventura duas marcas coram capitulo Posoniensi, decem pensas pro marca computando, quibus solutis predictus Johannes reddet ipsos Tomam et Scez per litteras discretorum virorum videlicet capituli Posoniensis penitus expeditos et absolutos in premissis et occasione premissorum. Hoc non pretermittendo, 15 quod si quispiam viros memoratos inpeteret racione dotis et rerum parefarnalium predictarum coram quocunque iudice delegato vel ordinario ex proximis consanguineis et cognatis ipsius Johannis, extunc idem Johannes expedire tenebitur eosdem propriis sumptibus et expensis. Addicimus 6 eciam, quod quandam 20 ancillam nomine Cuz traditam cum dicta domina non petet a Toma et Scez memoratis, cum eandem non possideant sed

exiens-nek, 25-ig stans, instans vagy astans-nak, innen végig pedig restans-nak neveztetett.

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> II. Frigyes róm. királytól kinevezett közjegyző.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> Valószinüleg hiba Luce = Lukács helyett.

<sup>&</sup>lt;sup>3</sup> = élőszóval.

<sup>4 =</sup> parafernalibus.

<sup>5 =</sup> aug. 15.

<sup>6 =</sup> Adiicimus.

vendicabit eam a possidente ancille supradicte et in hoc idem ipsi Johanni contradictores non exsistent nec rebelles. Ad hec 25 si ipsum terminum obmitterent<sup>1</sup> in solvendo, *penam dupli* incurrent occasione et dilacione quibuslibet posthabitis et delegatis.<sup>2</sup> Datum apud Posonium in die sancti Valentini martiris anno Domini M° CC° LXXX° VIIII°.

(Eredeti hártya a m. kir. országos levéltárban, Olgyay-levéltár. DL. 37465.)

4.

1294. szept. 1. Csalomjai Páznán ispán néhai feleségének, Erzsébetnek hitbére, jegyajándéka és hozománya fejében sógorait, Hebecsi Lőrinczet és Jánost a sághi convent előtt négy márkával kielégíti.

Nos Ladizlaus prepositus et conventus fratrum ordinis Premonstratensium de Saag memorie commendantes significamus universis, quibus expedit, presencium per tenorem, quod comes Paznanus de Chalamia fiuxta continenciam litterarum venerabilis patris domini Ladizlai divina miseracione archiepiscopi Strigoniensis quatuor marcas in duobus terminis, videlicet duas marcas cum estimacione<sup>8</sup> in octavis beati Johannis Baptiste4 et alias duas marcas in argento de bana in octavis sancti regis Stephani Laurencio filio Nicolai de Hebech per-10 sonaliter pro se et Johanne fratre suo conparenti pro dote et rebus parafernalibus ac rerum tempore nupciarum secum allatarum sororis eorum nomine Elizabeth, uxoris scilicet ipsius Paznanii iam defuncte, prout debebat, persolvit coram nobis, quem quidem predictus Laurencius nomine et vice suo ac Johannis fratris sui 15 predicti racione rerum dotalium omnium reddidit penitus coram nobis expeditum. Obligavit eciam se idem Laurencius de parte tam sua quam dicti fratris sui firmiter ad hec coram nobis, quod si processu temporis per quempiam idem comes Pazmanus

<sup>1 =</sup> omitterent.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> relegatis helyett.

<sup>8 =</sup> becslés szerint.

<sup>4 =</sup> jul. 1.

<sup>5 =</sup> aug. 27.

racione predictarum rerum dotalium inpeteretur, ipse [et frater]¹ suus eundem tenebuntur expedire. Preterea cum presentes littere 20 ad nos reportabuntur, secundum tenorem earundem privilegium nostrum eidem *comiti Paznano* faciemus emanari. In cuius rei testimonium et memoriam presentes nostras litteras ad peticionem Laurencii memorati concessimus sigilli nostri munimine consignatas. Datum in festo sancti Egidi² abbatis anno Domini 25 Mº CCº nonagesimo quarto.

(Hazai okmánytár. VIII. kötet 239. lap).

5.

1260. A Hontpázmány nemzetségbeli Bökény ispán négy faluját anyjának, Erzsébetnek hitbére, jegyajándéka és hozománya fejében átadja.

Capitulum Ecclesie Posoniensis universis Christi fidelibus 1 tam presentibus quam futuris presentes litteras inspecturis salutem in Domino sempiternam. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod constitutis coram nobis personaliter comite Buken filius3 comitis Buken de genere Huntpaznan ab 5 una parte, domina Elizabeth matre sua ex altera, idem comes Buken est confessus viva voce, quod propter discordiam regni et devastacionem Theutunicorum,4 ac suum infortunium seu paupertatem, de possessionibus suis dixit se dissipasse et iuxta regni consuetudinem, sicut mos fuit ab antiquo, pro dote ac dota- 10 liciis et rebus secum adductis domine matris sue, quibus ipse dare tenebatur, penitus nichil se dedisse affirmavit; sed antequam in faciem judicis legitime convenire debuissent, ex beneplacito domine matris sue iuxta ordinacionem et composicionem baronum, quia filia sororis regis Andree esse dinosscebatur, ob hoc dotalicia 15 sua et res secum adductas in auro, argento, gemmis et preciosissimis lapidibus, ac viginti capita hominum predicti barones una cum nobilibus regni ad valorem mille marcarum extimarunt. Qui idem comes Buken recognoscens se, quod de propriis suis tantam summam pecunie, unde solvere, non habuisset; quatuor 20

A zárójelbe tett szavak az eredeti oklevélből ki vannak szakadva.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> Egidii helyett.

<sup>3</sup> Hibásan filio helyett.

<sup>4 =</sup> németek.

villas suas Kurth, Paka, Beke et Chuturtukhelw vocatas, cum omnibus utilitatibus suis ad ipsas pertinenciis1 in Chollokuz adiacentes, exceptas et exemptas ab omni iuridiccione cognatorum suorum et generacionum suarum, domine matris2 sue superius 25 annotate dixit se statuisse, et statuit coram nobis in perpetuum et irrevocabiliter possidendam;3 ita tamen, quod ne processu temporum idem comes Buken aliquo maligno instinctu, nec filii sui, nec filii filiorum, ymo4 nec aliqui de generacionibus suis racione premissa eandem dominam, vel cui ipsa domina ob 30 remedio anime sue conferre dignaretur, nullam molestiam pro possessionibus supradictis facere deberent, nec conarentur, sed pocius eisdem, in quibus possent, auxilium et iuvamen facere assumpserunt. Obligavit eciam se comes Buken propria sua voluntate, quod privilegium domine matris sue per nos datum 35 cum privilegio regis Bele quanto cicius posset, confirmare teneretur. Nec hoc pretermittimus, quod domina Elizabeth personaliter coram nobis astans una cum filia comitis Buken Katha nomine nepte sua possessiones suprascriptas, quas ex parte filii sui recitavit se habuisse, ad neptem suam Katha nomine, ut 40 diximus, cum omnibus instrumentis<sup>5</sup> suis, que habuit et adhuc habere poterit, statuit et donavit nepti sue sepe nominate coram nobis. Ut igitur huius composicionis et ordinacionis [series]6 robur perpetue firmitatis obtineat, nec per quempiam processu temporum in irritum valeat retractari, ad instanciam et peticionem 45 comitis Buken et domine matris sue presentes concessimus sigilli nostri litteras privilegiales munimine roboratas. Datum anno Domini Mº ducentesimo sexagesimo.

(Kubinyi: Oklevelek hontvármegyei magánlevéltárakból. 3-4. ll.)

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> Hibásan pertinentibus helyett.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> Hibásan matri helyett

<sup>3</sup> Hibásan possidendas helyett.

<sup>4</sup> Középkori irásmód imo helyett.

<sup>5 =</sup> oklevelek.

<sup>6</sup> Az eredetiből kimaradt.

1261. ápr. 26. Péter fia kopasz Dénes csegei birtokának felét leányával, Anasztáziával hozományul adja vejének, Miklósnak, másik felét pedig veje atyjának, csipás Hencz, székesfehérvári polgárnak tíz márka ezüstért eladja.

Capitulum Albensis ecclesie universis Christi fidelibus 1 presencium inspectoribus salutem in Domino sempiternam. Universitati vestre tenore presencium declaramus, quod Dyonisio calvo filio Petri ex una parte, Hench lippo1 cive Albensi ex altera coram nobis personaliter constitutis, propositum extitit 5 per Dyonisium antedictum, quod cum filiam suam Anastasiam filio dicti Hench nomine Nycolao thoro legitimo matrimonii copulaverit, medietatem eorum omnium, que in villa Cheghe in terris, vineis, fenilibus, silvis, sitibus curiarum et aliis possid[ebat]2, eidem Nycolao genero suo tradidit cum filia sua ante- 10 dicta; aliam vero medietatem vendidit eidem Hench coram nobis pro decem marcis argenti perpetuo possidendam, et ipsam summam pecunie confessus est se plenarie ab eodem recepisse; et sic idem Dyonisius in predicta villa Cheghe nichil juris seu porcionis sibi reservans, ea omnia, que ibidem possidebat, sub 15 eisdem terminis et metis, partim genero suo cum filia sua, partim vero pro summa pecunie pretaxata perpetuare cupiens, a nobis instanter petivit, ipsam donacionem et vendicionem nostro privilegio roborari. Cuius nos peticionem iustam et legitimam esse attendentes in hac parte, presentes concessimus 20 litteras nostro sigillo communitas. Anno Domini Mº CCº sexagesimo primo, sexto kalendas Marcii. Magistro Paulo ecclesie nostre electo,3 aule regie vice-cancellario, Gregorio cantore, Feliciano custode, Michaele decano existentibus.

(Wenzel Gusztáv: Árpádkori uj okmánytár. VIII. köt. 17—18. II.)

<sup>1 =</sup> folyós szemű, csipás.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> A zárójelbe tett rész az eredetiből ki van törve.

<sup>3</sup> t. i. preposito.

1284. II. Endre király a Káta nemzetségbeli István feleségének atyjától öröklött Gelyén nevű birtokát tőle száz márkáért megvévén, felét készpénzben fizeti ki, másik feléért pedig Szilvás nevű birtokát adja cserébe.

Andreas, Dei gracia rex Hungarie omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in domino Jesu Christo. Ad universorum tam presencium, quam futurorum noticiam tenore [presencium]1 volumus pervenire, quod nos terram quandam 5 nomine [Gilien in comitatu] de Zothmar sitam, quam nos olim bone memorie . . . . . quondam comiti, emptam de comite Ypohc, pro multiplicibus suis serviciis iure perpetuo contuleramus, quam eciam terram ipse comes decedens a seculo filie sue, uxori Stephani comitis de genere Katha dimiserat, ab eadem domina 10 pro C. marcis comparavimus; quam [terram] predicta domina vendidit ob multiplicem vexationem Petri filii Mohc de genere Coplon;2 in cuius terre precium terram nostram quandam [in comitatu de] Zonuc,3 dyocesis Ultrasilvane sitam, ab eodem comitatu exemptam, nomine Scilovas pro L. marcis dedimus et 15 eandem dominam in possessionem predicte terre per fidelem nostrum Petrum, filium Acus, fecimus introduci; residuas autem L. marcas eidem domine solvimus in argento. Ne igitur predicta terra Sciloas possit a quoquam nostrorum successorum recipi aut a quovis calumpniatore intemptari, sed semper salva et 20 inconcussa permaneat, tam apud ipsam dominam, quam apud suam posteritatem, presentem concessimus paginam duplicis sigilli nostri munimine in perpetuum roboratam. Datum anno Domini M.CC.XXX.IIII-to regni autem nostri anno XXX-mo.

(Gróf Sztáray-család oklevéltára. I. k. 1-2. II.)

<sup>1</sup> A zárójelbe tett, illetőleg kipontozott részek az eredetiből ki vannak törve.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> = Kaplyon nemzettség.

<sup>&</sup>lt;sup>3</sup> Szolnokmegye (később Közép-Szolnok) Erdélyben.

1284. Figei Póka fia, Szalócs és rokonai megyeri birtokrészeiket négyszáz ezüst márkáért eladják Rátholdi László, királyi főasztalnoknak, kit a birtokba az egri káptalan be is iktat.

Capitulum ecclesie Agriensis salutem in omnium Salvatore. Ad universorum noticiam tenore presencium volumus pervenire, quod Zalouch, filio Pouka de Fygey pro se et pro Johanne fratre suo, item Simone, filio Michaelis de Megyer pro se et pro Matheo, filio suo ac Clementino, filio Simon, consanguineis ipsius Symonis pro se et pro Petro, fratre suo de eadem, ex una parte, ab altera vero Ottus, officiali magistri Ladislai, filii magistri Stephani de Ratolth, proximo domino suo coram nobis constitutis, prefatus Zalouch et alii socii eiusdem proposuerant viva voce, quod porciones suas, quas haberent in predicta terra 10 Megyer, iure hereditario ipsos concernentes, a parte meridionali filmese iuxta terram Petri filii comitis Petri filii Elie, Almas vocatam. a parte occidentali iuxta terram filiorum comitis Nicolai filii Leustachii, de<sup>2</sup> Zalathna nominatam, de reliquis vero partibus iuxta terras eiusdem magistri Ladislai existentes, cum universis 15 utilitatibus et pertinenciis in iisdem terris,3 veris metis4 et antiquis, quibus ipsi possederunt, vendidissent et tradidissent prefato magistro Ladislao, sibi et suis heredibus perpetuo possidendas et habendas pro quadraginta marcis argenti decime combustionis<sup>5</sup> plenarie receptis ab eodem; insuper obligaverunt se prefati Zalouch 20 et socii sui ac heredes eorum predictum magistrum Ladislaum et heredes eiusdem universos in omnibus universe terre<sup>6</sup> predicte impetere nitentibus defendere et expedire propriis laboribus et expensis. Et cum nos propter absenciam predictorum commetaneorum eiusdem terre super ipso facto privilegium dare voluissemus,7 25 pro testimonio prefatus Ottus exhibuit nobis litteras domini nostri Andree, Dei gracia, illustris regis Hungarie inter cetera conti-

Illés: Bevezetés a magyar jog történetébe.

<sup>1</sup> Hibásan pro ipso helyett.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> A de szó törlendő.

<sup>3</sup> Hibásan eiusdem terre helyett.

<sup>4</sup> Hibásan sub veris metis helyett.

<sup>5 =</sup> ezüstpénz, melynek 1/10-e volt nem nemes ércz.

<sup>6</sup> Hibásan ab omnibus racione universe terre helyett.

<sup>7</sup> Hibásan noluissemus helyett.

nentes, quod mitteremus unum ex nobis virum idoneum, coram quo Martinus filius Andree de Legend, homo ipsius domini 30 regis presentibus commetaneis et vicinis predictam terram reambularet certis et iustis metis consignandam, si non fuerit contradictum, contradictoribus, si qui fierent, ad presenciam ipsius domini regis evocatis; et post hoc diem, et terminum ac cursus metarum ipsi domino regi fideliter rescriberemus. Nos igitur 35 mandatis eiusdem regis obtemperantes, ut tenemur, cum predicto Martino eiusdem domini regis misimus hominem nostrum fide dignum; qui ad nos reversus dixit, quod coram ipso prefatus homo domini regis, presentibus prefato Petro filio comitis Petri, Mucha<sup>1</sup> filio Iohannis et Ladislao filio predicti comitis Nicolai 40 filii Leustacii, pro se et pro omnibus fratribus suis, vicinis et cometaneis eiusdem terre, per veteres metas et antiquas eandem reambulassent, et nullus ex predictis commetaneis exstitisset contradictor. Et cum hec omnia ac cursus metarum ipsi domino regi rescripsissemus, denuo sepedictus Ottus portavit nobis alias 45 litteras ipsius domini regis hunc tenorem continentes: Andreas Dei gracia rex Hungarie fidelibus suis, capitulo Agriensi salutem et graciam. Ladislaus magister dapiferorum nostrorum dicit, quod ipse quamdam terram, Megyer vocatam, precio a quibusdam nobilibus comparasset; et postmodum ipsa terra reambulata, et 50 statuta eidem magistro Ladislao extitisset, nemine contradicente, prout hec omnia in vestris litteris nobis transmissis plenius vidimus contineri; quo circa fidelitati vestre precipiendo mandamus, quatenus dicto magistro Ladislao pro emcione ipsius terre, et assignacione, prout uberius constat, vestrum dare 55 privilegium debeatis. Datum Bude quinto die beatorum Petri et Pauli apostolorum.<sup>2</sup> Nos igitur mandatis eiusdem domini regis obtemperantes, ut tenemur, super empcione et assignacione ipsius terre presentes concessimus et contulimus sigilli nostri munimine roboratas. Cursus autem metarum eiusdem terre idem homo 60 noster taliter expressit, quod prima meta incipit in capite cuiusdam vallis, Chyglafeu vocate iuxta terram predicti Petri Almas vocatam, et ibi sunt due mete; hinc egreditur versus occidentem, et parum eundo iungit unam metam cum quadam ilice existentem, et transeundo magnam viam ascendit ad quoddam berch, et ibi

<sup>1</sup> Hibásan Mathia helyett.

 $<sup>^{2} = \</sup>text{jul. } 3.$ 

sub quadam quercu sunt due mete, una terre predicti Mathe,¹ 65 Almas nominate; et in eodem berch sub quadam ilice est una meta, et ibi tenet metas cum terra filiorum predicti comitis Nicolai Zalachua² vocata, et per idem berch ascendendo iungit terreas metas, a quibus descendit ad quamdam magnam viam, et ibi sunt due mete terree ipsius magistri Ladislai, iungit 70 priores meta,³ a quibus inceperat, et ibi terminatur. Presentibus tamen magistro Stephano preposito, Paulo lectore, Mychov custode, magistro Iohanne de Hewes archidiacono, et aliis multis, anno Domini M.CC.LXXXXIV. regnante Andrea, illustri rege Hungarie, Lodomerio Strigoniensi, Iohanne Colocensi archi- 75 episcopis, domino nostro venerabili patre Andrea, Dei gracia episcopo Agriensi existentibus.

(Fejér: Cod. Dipl. t. VII. v. III. 102-105. II.)

9.

1286. Szombat fiai Kozma, Miklós és István Sztragar birtokban és Feketeerdőben birt részüket 150 ezüst márkáért eladják a szepesi káptalan előtt Detre fia Arnold ispánnak.

Nos capitulum ecclesie beati Martini de Scepus, quibus 1 expedit, presencium per tenorem significamus universis, quod quidam nobiles, Cosmas scilicet, Nicolaus et Stephanus filii Zomboth in nostri presencia ex una parte personaliter constituti, comes Arnoldus, filius Detrici ex altera, idem 4 Cosmas, Nicolaus 5 et Stephanus predicti fassi sunt oraculo vive vocis, se vendidisse maturo consilio amicorum habito et animo deliberato supradicto comiti Arnoldo totam porcionem suam terre Ztragar et silve Feketeu Erdeu dicte, cum metis et terminis et cum omnibus utilitatibus ac pertinenciis, prout in privilegio domini nostri 10 illustris regis Hungarie, Ladislai evidencius declaratur, pro centum et quinquaginta marcis puri argenti plene habitis ac perceptis ab eodem, sibi ac suis heredibus, heredumque suorum successoribus iure perpetuo ac irrevocabiliter possidendam et habendam, item 5

<sup>1</sup> Hibásan Mathie helyett.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> Hibásan Zalathna helyett.

<sup>3</sup> Hiba metas helyett.

<sup>4</sup> Hibásan iidem helyett.

<sup>&</sup>lt;sup>5</sup> Hibásan idem helyett.

privilegium iam dicti domini nostri Ladislai regis comiti Arnoldo et suis heredibus predictis coram nobis resignantes. Assumserunt itaque Cosmas, Nicolaus et Stephanus sepedicti, quod si quis ex consanguineitate ipsorum comitem Arnoldum suprascriptum ac suos heredes super empcione predicta aut vendicione impediret, vel eciam prefatam terram Ztragar et sylvam Feketeu-Erdeu nuncupatam ausu temerario (occupare¹) attemptaret, ex tunc ipsi Cosmas, Nicolaus et Stephanus aut ipsorum heredes comitem Arnoldum propriis laboribus ac sumptibus expedirent. In cuius rei memoriam, firmitatemque perpetuam presentes litteras sigilli nostri munimine ad instanciam parcium fecimus consignari. Datum anno millesimo ducentesimo octuagesimo sexto.

(Fejér: Cod. Dipl. t. V. v. III. 330-331. 11.)

#### 10.

1290. jul. 6. A Hontpázmán nemzetségbeli Miklós fia Lampert Bél nevü birtokának felét az esztergomi káptalan előtt 300 márka ezüstért eladja Hermann fia Miklós selmeczbányai polgárnak.

Universis presentes litteras inspecturis capitulum ecclesie Strigoniensis salutem in Domino sempiternam. Ad universorum noticiam tenore presencium volumus pervenire, quod nobilis vir Lampertus filius Nycolai de genere Hunthpaznan ad presenciam 5 nostram accedens, dimidiam partem possessionis sive terre sue Beel vocate sub monte Scycen2 in comitatu Huntensi existentis, certis metis et antiquis terminis limitate, videlicet porcionem de eadem possessione ipsum de iure hereditario contingentem ex permissione et beneplacito ac consensu commetaneorum et con-10 sanguineorum suorum, scilicet filii Ders de magno naso cum villa sua Princh vocata eidem possessioni proxime vicinantis; et Alexandri filii Welk de generacione sua prefata in vicinitate cum villa sua Kaloscita vocata eciam adiacentis, pro trecentis marcis argenti de Banya, ad plenum habitis et receptis, honesto 15 viro Nycolao filio Hermani de Selmeczbanya civi, pro quo Urricus filius Sefrech serviens suus super hoc facto comparuit coram

<sup>1</sup> E szó a szövegből kimaradt.

<sup>2 =</sup> Szécsény.

nobis, et posteritatibus eiusdem Nycolai successivis se confessus est vendidisse et assignasse una cum dimidietate ville in eadem terra Beel existentis et utilitatum ac pertinenciarum suarum in perpetuum pacifice possidendam; ita ut ab omnibus causis racione 20 dimidie partis eiusdem possessionis et utilitatum suarum venditarum scilicet eidem, ut prediximus Nycolao, per Stephanum fratrem ipsius Lamperti, vel quemlibet alium hominem ullo umquam tempore susscitatis, ipsum Nycolaum et suos posteros ipse Lampertus et sui successores, sicut assumpsit et ad hoc 25 se firmiter obligavit, expedient indempniter suis propriis laboribus et expensis. Asserens idem Lampertus prenotatam dimidiam partem possessionis sive terre Beel in redempcionem et remutacionem eiusdem Stephani fratris sui in captivitate existentis se ex neccessitate inevitabili vendidisse; condicione et obligacione 30 huiusmodi mediante, ut si eidem Stephano fratri suo predictam dimidietatem possessionis iam venditam videlicet regni consuetudo remutandam decerneret et pariter rehabendam, non posset aliquatenus remutari, nisi prius illis trecentis marcis argenti prenotati eidem Nycolao ex parte ipsius Stephani restitutis; 35 salva tamen alia parte eiusdem possessionis seu terre Beel, que eidem Stephano fratri suo debetur. In cuius rei firmitatem et memoriam sempiternam presentes litteras ad peticionem et instanciam ipsius Lamperti nostro sigillo dedimus communitas. Datum per manus discreti viri magistri Cypriani ecclesie nostre 40 lectoris anno Domini Mº CCº nonagesimo pridie nonas Julii.

(Eredeti hártya az országos levéltárban. DL. 1284.)

11. Gere top with it a

1298. jan. 13. Péter erdélyi püspök Ujvár és Faludi nevü, u csere utján szerzett falvait, az erdélyi káptalan előtt Mikud katla bánnak és fiainak Lóna nevű falujáért elcseréli.

Nos capitulum Albensis ecclesie beati Mychaelis archangeli 1 Transsilvane memorie commendantes significamus, quibus expedit, universis, quod venerabilis pater Petrus dei gracia episcopus Transsilvanus prelatus noster, qui diligenti studio statum ecclesie beati Mychaelis augmentavit et in suis possessionibus de die 5 in diem studet ampliare, ad nostram accedens presenciam, confessus dixit, quasdam duas villas suas episcopales contiguas,

Vyvar et Foludi vocatas, per concambium a Petro comite filio Sampsonis et Nycolao filio eiusdem, necnon et a Paulo magistro 10 fratre ipsius comitis Petri pro villa Sancti Regis de iuxta Aranas,1 que ab antiquo episcopalis fuerat, ad eum et per eum ad episcopatum devolutas, inspecta utilitate terre et ville Louna vocate, que inter terras et possessiones episcopales Gyolo<sup>2</sup> et Fenes sita existit, pro ipsa terra seu villa Lona celebrato permutacionis 15 contractu, Mykud bano presencialiter coram nobis comparenti et per eum suis heredibus heredumve suorum successoribus in concambium dedisse et tradidisse, et per ipsum Mykud banum nomine suo et nomine filiorum suorum, Nycolai videlicet, Demetrii et Petri, prout ex confessione ipsius constitit, esse 20 receptas et habitas; et terram sive villam Lona, quam a parte monasterii Garab, ubi idem ius patronatus obtinet, asserit per concambium ad se devolutam, in ius et proprietatem ipsius domini episcopi et per eum suorum successorum irrevocabiliter transtulisse, ius dominii et possessionis, quod ipsi Mykud bano et 25 filiis suis in predicta villa competebat, a se penitus abdicando. Paccionibus et condicionibus ab utraque parte talibus introsertis, quod si Mykud banus et filii sui ac filiorum heredes dominum episcopum et suos successores in pacifica possessione terre seu ville Lona tenere non possent, vel nollent suis laboribus et 30 expensis defensare, extunc ad penam centum marcarum tenerentur; pro quibus centum marcis villa Almas, ubi ecclesia lapidea in honore<sup>3</sup> beati Demetrii est constructa, ad cautelam futurorum episcopatui ex nunc remanet obligata, et pignori data tamdiu retinebitur, donec de ipsis centum marcis per predictos vel 35 eorum heredes fuerit satisfactum, et nihilominus predicte due ville, quas dominus episcopus in concambium eisdem tradidit, ad ius et proprietatem episcopatus sine aliqua questione revertentur. Si vero dominus episcopus vel sui successores prefatum Mykud banum, filios suos et filiorum heredes in pacifica 40 possessione villarum iam dictarum tueri non possent vel nollent, tunc per eundem dominum episcopum et suos successores in proprietatem et possessionem ville Sancti Regis, que in concambium villarum Vyvar et Foludi transivit, rescisso contractu

<sup>1 =</sup> Gyéres-Szentkirály.

 $<sup>^2 =</sup> Gyalu.$ 

<sup>3</sup> Hibásan in honorem helyett.

huiusmodi concambii inter dominum episcopum et filios Sampsonis celebrato, Mykud banus et sui successores introducentur; 45 et nihilominus de bonis episcopalibus eidem Mykud bano et suis successoribus quinquaginta marce tempore sue introduccionis in villam Sancti Regis sine aliqua contradiccione assignabuntur. Dominus eciam episcopus in additamentum concambii per eum dati dedit ipsi Mykud bano decimas1 de Navglok,2 de Vyuar, 50 de Foludi et de omnibus possessionibus ipsius bani hoc anno provenientes episcopatumque contingentes preter quartam archidiaconalem et porcionem sacerdotum. Dedit eciam decem marcas partim in denariis, partim in extimacione3 denarios valenti. Et quia utraque pars contractum taliter celebratum firmitate literarum 55 nostrarum sollennizari et sollennizatum roborari voluit, pro eo presentes literas parti utrique concessimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum in octavis epiphaniarium Domini,4 anno eiusdem Mº CCº LXXXXVº otavo.

(Zimmermann-Werner: Urkundenbuch zur Geschichte der Deutschen in Siebenbürgen. I. 209-210. II.)

1278. aug. 16. Detre ispán fiai, Detre és Benedek Ozdabugy (= Zbugya) nevü birtokukat 60 márka finom ezüstért (az egri káptalan előtt) egy évre elzálogositják Szuhai János fiainak, Heimnek és Dömötörnek és Lőrincz fia Miklós ispánnak.

Datum pro memoria, quod magistro Detrico filio comitis Detrici pro se et pro fratre suo Benedicto ab una parte, ab altera vero comite Heym et Demetrio filiis Johannis de Zuha pro se et pro comite Nicolao filio Laurencii coram nobis personaliter constitutis per eundem magistrum Detricum propositum extitit et relatum, quod quandam possessionem ipsorum Ozdabugh vocatam ipsis comiti Heym et Demetrio ac Nicolao pro sexaginta marcis fini argenti inpignorasset ab octavis assumpcionis beate Virginis usque ad revolucionem anni coram nobis redimendam;

will for

<sup>1 =</sup> dézsma, tized.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> = Nagylak.

<sup>3 =</sup> aestimacione.

<sup>&</sup>lt;sup>4</sup> = Epiphaniae Domini = vizkereszt.

<sup>5 =</sup> aug. 22.

solverent coram nobis prefato magistro Detrico personaliter recipienti et idem magister Detricus ipsam sumpmam¹ pecunie assumpsit refundere in fino argento coram nobis. Assumpserunt eciam Heym et Demetrius prenotati, quod si ipsam possessionem 15 prefatus magister Detricus redimere posset infra terminum suprascriptum, extunc iidem Heym et Demetrius ac Nicolaus reddere tenebuntur. Presertim magister Detricus supradictus obligavit se, quod si infra terminum vel in ipso termino ipsam² redimere non posset, extunc eadem possessio in ius et proprie-20 tatem predictorum comitis Heym, Demetry et comitis Nicolai devolveretur, salvis tamen rebus et personis residencium³ in facie terre prenotate. Datum in crastino predicte festivitatis, anno Domini M<sup>mo</sup> CC<sup>mo</sup> Ixxmo octavo.

(Zichy család okmánytára. I. köt. 41. lap.)

13.

1233. Bolosey fia Herbord, Razna nevű pusztájának felerészét a vasvári káptalan előtt tizenhárom márkáért elzálogosítja Ernust fia Detriknek, oly feltétellel, hogyha a birtokot egy éven belül ki nem váltaná, az hét márka ráfizetése mellett átmegy Detrik tulajdonába.

Nos capitulum ecclesie sancti Michaelis de Castro ferreo omnibus, ad quos presentes littere pervenerint, notificamus, quod *Ditrich* filius Ernust ad nos veniens dedit *Herberdo*<sup>4</sup> filio Bolosey *tredecim marcas* tali condicione, quod idem Herbordus *obligavit* dicto Detrich dimidietatem predii *Razna*, que sibi pertinebat, sic ut sepidictus Herbordus *a die* penthecostes<sup>5</sup> *per anni circulum* posset creditori reddere datam pecuniam<sup>6</sup> prenominatum predium iure suo possideret; sin autem<sup>7</sup> superius dictum Ditrich *in possessionem dimidietatis illius predii introduceret* libere possidendam, acceptis tamen ab eodem Ditrich septem marcis

<sup>1 =</sup> summam.

<sup>2</sup> t. i. possessionem.

<sup>3</sup> t. i. populorum.

<sup>4 =</sup> Herbordo.

<sup>5 =</sup> pünkösd.

<sup>&</sup>lt;sup>6</sup> Utána kimaradt valószinüleg et szó.

<sup>7 =</sup> si autem non (redderet) tunc.

ultra pecuniam supradictam. Ut igitur hec obligacio rata sit et firma, presentes litteras contulimus sigilli nostri munimine roboratas. Actum est Paulo existente nostro preposito, Purus cantore, Boc custode, Pica decano Domini millesimo CC<sup>mo</sup> XXXIII<sup>o</sup>.

(Hazai okmánytár. VI. köt. 27. lap.)

#### 14.

1257. Miklós ispán fia, Elek a Favus pannonhalmi apátnak 200 nehéz márka kölcsön fejében elzálogosított Örs nevü birtokára tőle felülfizetésképen még 80 márkát vesz kölcsön a székesfehérvári káptalan előtt.

Nos capitulum ecclesie Albensis damus pro memoria, quod cum Elek filius comitis Nicolai primo in festi Sancti Laurencii in presencia nostra abbate de [Jast et]1 Johanne filio Gregorii consanguine[is suis] presentibus et consencientibus ducentas marcas denariorum regalium cum pondere a Favo abbate Sancti Martini de Sacro Monte Pannonie mutuasset, postmodum in tercio die Pentecostes<sup>2</sup> post festum sancti Laurencii<sup>8</sup> proxime consequens<sup>4</sup> idem Elek in nostri presencia octoginta marcas in redempcionem cuiusdam possessionis sue aput5 Princh habite obligate sibi iterato mutuari supplicavit, obligans sibi dictam possessionem Urs 10 nuncupatam sub pena caucionum et obligacionum ac terminorum decisione, que in prioribus litteris nostris super mutuacione ducentarum marcarum continentur. Cujus supplicacionibus idem Favus abbas favorabiliter inclinatus dictas octoginta marcas in denariis regalibus cum pondere memorato Elek mutuavit coram 15 nobis, ut prediximus, ipsas octoginta marcas superaddens ducentis marcis predictis. Et sic idem Elek domino abbati in totali summa tenetur in ducentis et octoginta marcis, pro quibus omnibus, ut est pretactum, memoratam possessionem Urs impignoratam obligavit sub pena obligacionum et caucionum in litteris prioribus 20 insertis seriatim. Datum anno Domini. Mº CCº Lº VII.

(A pannonhalmi főapátság története. II. köt. 304. 1.)

A zárójelbe tett részek az eredetiből ki vannak töredezve.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> = pünkösd keddjén.

<sup>3</sup> Az előző évi aug. 10-ike.

<sup>&</sup>lt;sup>4</sup> Hibásan consequentis (t. i. Pentecostes) helyett.

<sup>5 =</sup> apud.

15.

1285. aug. 14. IV. László király átirja és megerősíti Lodomér esztergomi érsek oklevelét, melyben egy fallal körülvett curiáját és egy kötornyát egyéb épületekkel Tamás váczi püspöknek nyolcz évi használatra kölcsön adja.

Nos Ladislaus, Dei gracia rex Hungarie memorie commendantes significamus, quibus expedit, presencium per tenorem, quod venerabilibus patribus domino Lodomerio, Dei gracia archiepiscopo Strigoniensi, eiusdemque loci comite perpetuo et Thoma, 5 miseracionem divina episcopo Waciensi, aule nostre cancellario, dilectis ac fidelibus nostris in nostri presencia personaliter constitutis, idem venerabilis pater Thomas, episcopus Waciensis confessus est se recepisse, habere et tenere a predicti venerabili patre domino Lodomerio, archiepiscopo Strigoniensi curiam 10 muratam et turrem lapideam, archiepiscopatus Strigoniensis in superiori parte sive fine insule beate Virginis iuxta veterem Budam in medio Danubii constitutas cum aliis edificiis situatis ibidem ad inhabitandum et manendum ac defendendum in eis se et sua bona propter condicionem temporis impacati per 15 spacium octo annorum, a data presencium¹ continue futurorum, sub modo et condicionibus certis, in litteris predicte venerabilis patris, archiepiscopi Strigoniensis inferius comprehensis, petens a nobis ipse episcopus Waciensis, ut pro huiusmodi sua confessione seu recognicione coram nobis facta per eundem prefato 20 archiepiscopo Strigoniensi nostras dare litteras ei dignaremur. Quarum quidem archiepiscopalium litterarum tenor talis est: Nos Lodomerius, Dei gracia archiepiscopus Strigoniensis, eiusdemque loci comes perpetuus significamus, quibus expedit, presencium per tenorem, quod nos ob prerogativam dilectionis 25 fraterne et propter debitum specialis favoris, quibus venerabilem patrem dominum Thomam, episcopum Waciensem, dilectum in Domino fratrem et socium ac amicum nostrum karissimum, aule regie cancellarium caritative sumus in suis beneplacitis prosecuti, et ipse e converso<sup>2</sup> nobis in nostris opportunitatibus 30 et agendis multipliciter fecit cum sedula diligencia illud idem,

<sup>1 =</sup> a jelen levél keltétől kezdve.

<sup>3 =</sup> viszont.

ac in futurum nos cum eodem ad invicem cum affectu et dulcedine 35 amicicie et dileccionis sincere in consimilibus vel maioribus inspirante Domino prosequemur, curiam muratam et turrem lapideam archiepiscopatus nostri in superiori parte, sive fine insule beate Virginis iuxta veterem Budam, in medio Danubii constitutas cum aliis edificiis situatis ibidem, de benivola volun- 40 tate, consensu et assensu et aprobacione discretorum virorum, karissimorum in domino fratrum nostrorum, magistri videlicet Andree, doctoris decretorum, prepositi et capituli ecclesiae nostre Strigoniensis dedimus, commisimus et concessimus eidem domino Thome, episcopo Waciensi, et non ecclesie vel successori 45 eiusdem per spacium octo annorum, a concessione presencium1 continue futurorum ad inhabitandum, et manendum, ac defendendum in eis se, et sua bona, propter maliciam temporis impacati et ad precavendum sibi et suis de dissensionibus, que in partibus Ungarie viguerunt et vigent non modice, mole 50 peccaminum<sup>2</sup> exigente, scilicet tum insultus Tartarorum et Cumanorum, tum eciam Ungarorum sive regnicolarum, per prelia intestina; ita quod transactis predictis octo annis curia et turris predicte, cum aliis suis edificiis ad nos et nostram ecclesiam vel si de medie tolleremur,3 ad nostrum successorem, 55 pure, plane et sine aliqua contradiccione, et obstaculo simpliciter revertentur; cum huiusmodi concessio nostra personalis fuerit, non realis, videlicet persone ipsius domini Thome episcopi esse, et non eius successori vel ecclesie constet facta. Et si status noster per cursum illorum octo annorum aliqualiter forsitan 60 mutaretur, nihilominus de parte successoris nostri per lapsum octo annorum hanc concessionem nostram ordinavimus firmiter et volumus inviolabiliter teneri in sui roboris serie perdurante. Si autem ipse dominus Thomas episcopus pendente spacio eorumdem octo annorum ad alciora fuerit exaltatus, vel debitum 65 Ade exsolverit4 divino iudicio evocante, statim post eius exaltacionem, vel ingressionem universae carnis ad viam,5 predicte curia et turris cum aliis edificiis archiepiscopalibus constitutis ibidem ad nos et ad nostrum successorem cum plenitudine sui

<sup>1 =</sup> a jelen levél kibocsátásától kezdve.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> = bűnök halmaza.

<sup>\* =</sup> ha meghalnánk.

<sup>4</sup> debitum Ade exsolvere = Ádám vétkeért lakolni = meghalni.

<sup>5</sup> viam universe carnis ingredi = meghalni.

o iuris redibunt; ita tamen, quod pro melioracionibus, innovacionibus et reformacionibus, quas ipse dominus Thomas episcopus in premissis curia, turre, et domibus medio tempore fecerit cum suis expensis, nos et successor noster sibi, prout extimacioni et visui fuerint opera eius in premissis subiecta, de satisfaccione et recompensacione pecuniaria teneremur respondere. Nos vero ipsius episcopi Waciensis peticionem considerantes iuri consonam et congruam equitati, super contractu antedicto et recognicione ipsius presentes concessimus litteras, sigilli nostri munimine roboratas. Datum in Sarus, in vigilia assumpcionis Virginis gloriose, anno Domini Mo CCo octuagesimo quinto.

(Knauz: Monumenta ecclesiae Strigoniensis. II. köt. 201. l.)

#### 16.

1242. okt. 6. Az esztergomi káptalan egy köházát Ádám mester ottani fűszeresnek húsz évre bérbe adja.

Universis presentes litteras inspecturis nos Strigoniense capitulum salutem in Domino Jhesu Christo. Noverit universitas vestra, quod nos locavimus magistro Ade speciario, civi Strigoniensi pro se et heredibus suis legitimis, et non extraneis 5 quandam domum nostram lapideam, sitam in vico Latinorum, Strigoniensium, habentem introitum et exitum ante cameras mercimoniales, et conterminam vico, qui de dictis cameris mercimonialibus ducit ad ecclesiam sancti Nicolai Strigoniensem, ab hac die, videlicet sancti Michaelis archangeli, usque ad viginti 10 annos proxime futuros; hoc pacto et hiis condicionibus intervenientibus, quod idem magister Adam vel heredes sui primo anno tenentur nobis solvere duas marcas boni et legalis argenti in terminis infrascriptis; secundo anno duas marcas et dimidiam; tercio vero anno duas marcas et tres fertones;8 quarto vero 15 anno tres marcas et sic deinceps usque ad vicesimum annum integraliter tenetur solvere proxime dictas tres marcas annuatim. Hoc salvo, quod de dictis marcis, singulis annis nobis persol-

<sup>1 =</sup> aestimacioni.

<sup>2 =</sup> olasz telepesek (hospites).

³ ferto = 1/4 márka.

vendis retinere debent dimidiam partem pro edificacione quatuor parietum lapideorum in altitudine stacionis unius1 de bono et 20 legali opere, a die predicte locacionis usque ad finem quinti anni proxime futuri; aliam vero dimidiam partem debent persolvere in hiis tribus terminis, primo videlicet in Circumcisione Domini,2 secundo in festo apostolorum Philippi et Jacobi,3 et tercio in festo sancti Egidii,4 vel quintodecimo die post quem- 25 libet predictorum terminorum. In fine vero quinti anni debet fieri per bonos viros estimacio operis iamdicti, et donec ipsam estimacionem integre perceperint, ut supra dictum est, debite nobis pensionis dimidiam partem retinebunt. Qua percepta, extunc singulis futuris annis usque ad vicesimum iamdicte 30 locacionis annum integre debent solvere sepedictam trium marcarum argenti pensionem in terminis ad hoc superius deputatis-Quam solucionem si prefatus magister Adam, vel eius heredes negligerent, vel alias in prescriptis terminis facere recusarent, vel opus iam dictum statuto tempore non complerent, ipse et 35 ipsi heredes extunc priventur iure predicte conduccionis, licitumque sit nobis in alteram, quancunque voluerimus, partem predictam transferre locacionem, et nichilominus ipsi ad dampna et interesse teneantur. Dicta autem edificia, si aliqua indiguerint reparacione, ab illa die, qua completa erunt, usque ad finem vicesimi anni. 40 idem magister Adam vel eius heredes ea propriis expensis reficere teneantur; et si igne proprio, quod absit, exurerentur, similiter ea propriis expensis reficiant. Si vero igne alieno, vel hostium insultu devastarentur, tunc super reparacione eorum regni consuetudo observetur. Si autem omnibus supradictis rite 45 peractis, sepefatus magister Adam, vel eius heredes legitimi completo tempore sepenominate locacionis, viginti annorum videlicet, supradictam domum cum edificatis in ipsa de novo reconducere a nobis voluerint, bona fide promittimus eidem magistro Ade, suo et heredum suorum nomine stipulanti, quod 50 pro ea pensione, quam tunc aliquis alius conductor offerret, non in fraudem, ipsis eadem relinquemus et locabimus, quilibet 5

<sup>1 =</sup> egy állás (álló ember) magasságában.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> = uj év napja.

<sup>&</sup>lt;sup>3</sup> = máj. 1.

<sup>4 =</sup> szept. 1.

<sup>&</sup>lt;sup>5</sup> Hibásan quibuslibet helyett.

aliis conductoribus eos quantum ad hoc¹ preponendo. Et si ipse vel eius heredes tunc nollent dictam domum reconducere, 55 prout iam dictum est, liceat nobis alteri persone eam locare pro nostre libito voluntatis. Et ut presens contractus robur firmitatis obtineat, presentes litteras sigilli nostri dedimus munimine roboratas, et ad cautelam consimiles cum alfabeto penes nos retinuimus. Actum Strigonii in ecclesia sancti Adalberti, 60 anno Dominice, incarnacionis millesimo ducentesimo quadragesimo secundo, mense Octobris, in festo sancti Michaelis archangeli.²

### A. B. C. D. E.3

(Knauz: Monumenta ecclesiae Strigoniensis. I. 344-345. II.)

#### 17.

1294. ápr. 1. Az esztergomi káptalan egy ottani föld darabját Aranyos Miklós, esztergomi vendégnek és utódainak évi egy negyed márkáért örökbérbe adja.

Strigoniensis salutem in Domino sempiternam. Ad universorum noticiam tenore presencium volumus peruenire, quod nos respicientes nostre ecclesie meliora totalem terram nostram sitam inter minorem Danubium, et inter clausuram molendinorum nostrorum de Taplycha de Strigonio, a stagno, quod Nycolaus aurifaber Strigoniensis fecit ibidem nobis contradicentibus et invitis, usque ad locum molendini eiusdem Nicolai, et fossatum seu meatum aque de loco ejusdem molendini in minorem Danubium decurrentis, ab eodem Nycolao propter ipsius insolencias et inportunitates multimodas iure dominii revocantes, unacum alia terra nostra, que incipit ab angulo orti heremitarum de claustro Sancte Anne, et veniendo circa sepem orti Kunch

<sup>1 =</sup> ezt illetőleg, erre nézve.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> Kétségkivül szt. Mihály-nap nyolczada értetik; maga az ünnep ugyanis szept. 29-re esik.

<sup>&</sup>lt;sup>3</sup> = cirographum. Az idézett kiadás ugyan mellőzi; de az eredetíben megvan. V. ö. Knauz: Az esztergomi főegyházm, okmtára. II. k. 48 l.

<sup>4 =</sup> malomgát.

<sup>5 =</sup> horti.

pelliparii1 iobagionis nostri usque meatum fluvii, de clausuris eorumdem molendinorum nostrorum exeuntis, et usque ad fossa- 15 tum Strigoniense existit, Nycolao filio Martini adventicio in Strigonium de villa Aranyas de partibus montis Matra et obhoc Aranyas vulgariter appellatur,2 ac per eum suis heredibus. Myconi videlicet, Mychaeli et aliis nascituris locavimus et dedimus in perpetuum plenarie possidendam. Condicione tamen huiusmodi 20 mediante, ut per spacium quatuor annorum proxime futurorum a data presencium scilicet continue computando idem Nycolaus et sui heredes ac posteri racione terragii annualis nobis nichil dare debebunt; quinto autem anno et sic deinceps perpetuo, annuatim solvent nobis fertonem usualium regalium monetarum, 25 tunc temporis ad valorem mercimonialis argenti in civitate Strigoniensi currentis;8 et eiusdem Nycolai et suorum heredum4 ad edificacionem domorum, edium et murorum eiusdem terre nostre in facie construendorum, de monte nostro de Taplycha lapides usque ad sufficienciam concedemus; balneorum et molendi- 30 norum nostrorum via et loco molendini eiusdem Nycolai ibi nichilominus libere remanente. Insuper eidem Nycolao et suis heredibus ac posteritatibus promisimus liberaliter et libenter, ut melioraciones suas, si quas super facie eiusdem terre nostre fecerint suis laboribus et expensis, et ullo umquam tempore 35 vendicioni duxerint exponendas, nobis prius requisitis, ut expedit terre dominis, si nos eas ad nos non decreverimus redimendas. allis hominibus vendendi, sub premisso honere<sup>5</sup> et debito condicionis, habebunt liberam facultatem. In cuius rey6 firmitatem et memoriam sempiternam presentes litteras eidem Nycolao 40 et suis heredibus sigilli nostri appensione dedimus communitas. Datum per manus discreti viri magistri Cypriani, ecclesie nostre lectoris, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo quarto, in capite kalendarum mensis Aprilis.

# A. B. C.

(Knauz: Monumenta eccl. Strigoniensis. II. 350. 1.)

<sup>1 =</sup> szűcs.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> Hibásan: appellato helyett.

 $<sup>^3=^{1/4}</sup>$  márkát királyi pénzben, az ezüstnek akkor Esztergomban meglévő forgalmi értéke szerint.

<sup>4</sup> Hibásan: et eidem Nicolao ac suis heredibus helyett.

<sup>5 =</sup> onere.

<sup>6 =</sup> rei.

#### 18.

1282. A Gutkeled nemzetségbeli Butykai András ispán fia, András Báka nevü földjéből négy ekealjat az egri káptalan előtt szolgájának, Péter fia Péternek ajándékoz.

Omnibus Christi fidelibus, tam presentibus quam futuris, presens scriptum inspecturis capitulum ecclesie Agriensis salutem in omnium Salvatore. Ad universorum noticiam tenore presencium volumus pervenire, quod Andrea filio comitis Andree de 5 Buthka de genere Gudkeled ab una parte, ab altera vero Petro filio Petri serviente eiusdem coram nobis personaliter constitutis, prefatus Andreas proposuit viva voce, quod quandam particulam terre usui quatuor aratrorum sufficientem, de terra sua Baka vocata per dictum patrem suum, ut dicebat, acquisita abcisam, 10 a parte orientali 1acentem, cum omnibus utilitatibus et pertinenciis suis dimisisset et contulisset prefato Petro, et coram nobis dedit et contutit sibi et suis heredibus heredumque suorum successoribus iure perpetuo et irrevocabiliter possidendam et habendam, ob merita serviciorum ipsius Petri a primevo sue 15 etatis tempore in diversis fortune casibus sibi fideliter impensorum; obligando se idem Andreas et heredes suos universos, ipsum Petrum et heredes eiusdem ab omnibus racione premisse particule terre impetere nitentibus, defendere et expedire propriis laboribus et expensis, et in pacifica possessione ipsius particule 20 terre indemniter conservare. In cuius rei testimonium ad instanciam parcium presentes contulimus sigilli nostri post plagam Tartarorum<sup>1</sup> secundo renovati munimine roboratas. Anno Domini Mº CCº octuagesimo secundo; presentibus tamen magistro Anthonio cantore, Paulo lectore, Mikou custode, Marco de 52 Pata, Martino de Zobolch, Simone de Kemey archidiaconis et aliis multis; regnante Ladislao illustri rege Hungarie, Lodomerio archiepiscopo Strigoniensi, Johanne electo Colochensi et domino nostro venerabili patre Andrea Dei gracia episcopo Agriensi existentibus.

(Hazai okmánytár. VIII. köt. 224. lap)

<sup>1 ==</sup> tatárjárás.

19.

1291. okt. 28. III. Endre király megerősíti Keled fia Gergely mesternek a pécsi káptalan kiküldöttje előtt tett végrendeletét.

Andreas Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame Servie, Gallicie, Lodomerie, Comanie Bulgerieque rex omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in omnium salvatore. Ad universorum noticiam tenore presencium volumus pervenire, quod comes Ladyzlaus filius Servusdei<sup>1</sup> fidelis noster ad nostram accedens presenciam exhibuit nobis privilegium capituli Quinqueecclesiensis super collacione possessionis Orywa vocate et castri in eadem constructi, per magistrum Gregorium filium Clety domine filie sue, uxori videlicet ipsius comitis Ladyzlai facta; petens a nobis cum instancia, ut ipsum privilegium ratum 10 habere, collacionemque eandem acceptare et approbare, ac nostro dignaremur privilegio confirmare. Cuius tenor talis est: Nicolaus prepositus et capitulum Quinqueecclesiensis ecclesie omnibus presens scriptum cernentibus salutem in Domino. Ad universorum noticiam volumus pervenire, quod cum ad iustam 15 peticionem magistri Gregorii filii Keled magistrum Phylippum concanonicum nostrum transmisissemus ad eundem podagricum, qui scilicet in suis patitur pedibus podagram ab antiquo, ut coram eo pro quarta filie sue, quam habet unicam, de suis possessionibus ordinaret, idem magister Phylippus socius noster ad 20 nos rediens nobis retulit viva voce, quod ipse magister Gregorius filius Keled, ut premittitur, infirmus quidem corpore, mente sanus, presente predicta filia sua ibidem, de istis possessionibus suis hereditariis, in divisione videlicet inter comitem Ladyzlaum et magistrum Phylpus fratres eiusdem carnales et inter ipsum 25 magistrum Gregorium ab olim facta sibi devolutis, scilicet de ista possessione sua Kwos vocata, et de omnibus circumstanciis et pertinentibus ad eandem, item de ista possessione sua Apaty vocata et de omnibus circumstanciis et pertinentibus ad eandem, item de ista possessione sua Orywa vocata et de castro eiusdem, 30 item de tercia parte seu de tercia porcione harum possessionum, videlicet in Chapa et in castro Kuorough vocato, in Lyppov, in Zeerya, in Zawa, videlicet racione harum omnium, istam

<sup>1</sup> Isten szolgája, régi magyarsággal: Serfesd.

unam et solam possessionem suam Orywa vocatam cum castro 35 suo et cum ceteris omnibus suis utilitatibus et pertinenciis suis quibuslibet ac circumstanciis universis legavit et dedit predicte filie sue Jolenth, uxori comitis Ladizlai filii Seruusdey de genere Peech,1 in quartam et pro quarta filie sue sibi et eius heredibus perpetuo possidendam. Ceteras autem omnes possessiones suas 40 ipse magister Gregorius legavit et dedit cons[angunineis fratri] bus² post mortem suam possidendas et habendas. Et si prefata domina Jolenth heredem vel heredes non habuerit, hoc est nec filium nec filiam, iam tunc hec possessio Orywa cum castro suo et cum ceteris omnibus utilitatibus suis et pertinenciis, ad con-45 sanguineos fratres ipsius magistri Gregorii post mortem huius filie sue devolvetur. Hoc tamen expresso, quod si idem magister Gregorius filium habuerit, extunc omnes et omnimodas possessiones suas, hic filius suus jure geniture possidebit et habebit; et specialiter prefata possessio Orywa cum castro et cum omnibus 50 suis pertinenciis ad filium ipsius magistri Gregory revertetur, salva nichilominus quarta domine filie sue antefate. Preterea insuper absque quarta, nec racione quarte filie sue tamquam in donum idem magister Gregorius omnes servos suos et omnes ancillas suas, quoscunque et quascunque usque modo precio 55 conparavit vel emit, sicut littere vel instrumenta super hiis et racione harum confecta nominant et declarant singillatim, dedit et tradidit pure et simpliciter eidem filie sue, uxori comitis Ladyzlai ob amorem et intimam dileccionem eiusdem, irrevocabiliter et irretractabiliter jure perpetuo possidendos et habendas. Item ipse 60 magister Gregorius servos et ancillas, quos et quas domina mater uxoris comitis Ladyzlai secum traduxit tempore nupciarum a domo paterna, vel heredes eorundem, sicut eorundem nomina inferius exprimentur, reddidit vel restituit eidem filie sue uxori comitis Ladyzlai in perpetum possidendos et habendas. Quorum nomina 65 sunt hec: Cosmas cum uxore sua Powa nomine et cum duobus filiis suis et duabus filiabus suis; item Paulus cum uxore sua Chepke nomine et cum quatuor filiabus suis; item Chydboy cum uxore sua Mogdolna nomine cum duobus filiis suis. In cuius rei memoriam presentes litteras nostro sigillo concessimus robo-70 ratas. Actum anno, Domini millesimo ducentesimo nonagesimo.

<sup>1 =</sup> Pécz nemzetség.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> A zárójelbe tett részek az eredetiből ki vannak törve.

mense Novembris, Stephano cantore, Dyonisio custode, Mathya decano, ceterisque quampluribus ibidem existentibus. Datum per manus magistri Stephani lectoris Quinqueecclesiensis. Nos igitur, cui ex officio suspecti regiminis incumbit unicuique in suo iure non deesse, quia ipsam collacionem seu donacionem 75 per eundem magistrum Gregorium dicte domine filie sue, uxori ipsius comitis Ladyzlai, iuste, rite et legitime esse factam presentibus baronibus regni nostri, qui presentes aderant, inspeximus, prout eciam in aliis privilegialibus litteris capituli sancti Petri de Posoga1 super eadem collacione confectis vidimus contineri, 80 ad instanciam et peticionem ipsius comitis Ladyzlai, de benignitate regia favorabiliter inclinati, predictam collacionem seu donacionem ratam habentes et acceptam, ipsum privilegium de verbo ad verbum presentibus insertam auctoritate presencium duximus confirmandum, duplicis sigilli nostri munimine robo- 85 rando. Datum per manus discreti viri magistri Theodori prepositi ecclesie Albensis, aule nostre vicecancellarii, dilecti et fidelis nostri. Anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo primo, quinto kalendas Novembris, regni autem nostri anno secundo.

(Hazai Okmánytár. VI. k. 370-372. II.)

### 20.

1265. aug. 17. Omode győri püspök tanusítja, hogy Csákányi Balsam asszonyt rokonai leánynegyedére nézve kielégítették.

Omodeus Dei gracia episcopus Jauriensis universis, quibus 1 expedierit, presentes litteras inspecturis salutem in Domino sempiternam. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod domina Balsam filia Jacobi filii Johannis de Chakan ab una parte, Georgio filio Watha, Iwan filio Inse, et Olotow filio Gonow 5 ex altera coram nobis personaliter constitutis, eadem domina confessa est viva voce, quod Georgius et fratres sui predicti super quarta de possessionibus patris sui prefati iure nature sibi debita satisfecissent, assignatis sibi septuaginta iugeribus terre de virgultis² et de terra arabili, iacencia inter terram dicti Georgii 10 et Dyonisii filii Morodyk ac aliorum cognatorum suorum; que

<sup>1 =</sup> Posega.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> = cserjés.

quidem terra incipit iuxta fluvium Ztremen a parte septemtrionali, et protenditur versus meridiem usque fluvium Myroud, et ibi terminatur; et insuper una rota molendini prefati Jacobi siti in

15 fluvio Zturga a plaga orientali iuxta villam parvulam existentis. Qui Georgius et fratres sui predicti assercionem dicte domine in omnibus affirmarunt, dicentes, quod dicta septuaginta iugera et rotam molendini dicte domine pro sua quarta contulissent, de terra memorati Jacobi perpetuo possidenda, excepta quarta filie

20 Dubuzov, fratris Jacobi supradicti; obligantes se nichilominus, quod si ullo unquam tempore per aliquem vel per aliquos dicta domina super ipsa terra et rota molendini impediretur, ipsi eandem expedire tenerentur suis propriis sumptibus et expensis.
n cuius rei memoriam ad peticionem parcium presentes litteras

25 concessimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum in Sabaria 1 tercio die post festum purificacionis Virginis gloriose, anno Domini Mº CCº sexagesimo quinto.

(Wenzel: Árpádkori uj okmánytár. VIII. köt. 132-133. ll.)

#### 21.

1269. jun. 22. IV. Béla király megerősiti a Monoszlaiak között kötött osztályos egyezséget.

1 Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque rex universis Christi fidelibus, presentibus pariter et futuris, presentes inspecturis, salutem in salutis largitore. Deperire solet vel potest solempnis accio cum 5 motu temporum, nisi eam corroboret *vivacitas litterarum*. Ad universorum igitur noticiam tenore presencium volumus pervenire, quod Nicolaus filius Andree et Petrus filius Petri ab una parte, comes Gregorius iudex Cumanorum, Thomas et Stephanus filii Th.<sup>2</sup> fratris eiusdem comitis G.<sup>3</sup> ab altera *nobiles de Monuzlo* 10 coram nobis personaliter constituti iidem N. et P.<sup>4</sup> proponentes dixerunt, quod inter se nundum *a primi eius* parentibus, atavis et progenitoribus suis in universis possessionibus suis, tum de

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> = Szombathely.

 $<sup>^{2} =</sup> Thome.$ 

<sup>3 =</sup> Gregorii.

<sup>4 =</sup> Nicolaus et Petrus.

<sup>&</sup>lt;sup>5</sup> Hiba valószinüleg nondum a primis eorum helyett.

partibus Hungarie, tum eciam de partibus Sclavonie habuissent iustam vel equam divisionem, nec habere potuissent, licet in una et in eadem proximitatis et consanguinitatis lynea1 sunt annexi; 15 sed idem comes Gregorius cum fratribus suis prenominatis totas possessiones eorundem iniusta divisione, et inequali haberent et detinerent indebite occupatas. Quorum quidem proposicionibus auditis, dictus comes Stephanus, et fratres sui memorati e converso respondentes dixerunt, quod ab atavis, primis 20 parentibus, et progenitoribus suis in omnibus possessionibus suis essent divisi, habendo divisionem iustam, veram et equalem. Et licet talis contencio, scisma litis, iurgii et materia dissessionis<sup>2</sup> in factis et divisionibus possessionum inter predictos nobiles diu fuisset mota et ventillata, nichilominus se recognos- 25 centes proximitatis lineam, cognacionis et fraterne dileccionis ob amorem, immo maxime tam bone pacis, et ne ulterius super factis divisionum suarum possessionum possent altercari, moveri et turbari, prefatus comes Gregorius cum fratribus suis supradictis quasdam possessiones de partibus Sclavonie hereditarias, 30 scilicet inter aquas Zava et Lona ac Chernech et inter predictam aquam Zava et aquam Hodra existentes totum et omnino cum utilitatibus suis et pertinenciis ac omnibus adiacenciis et Kapolcham, que Gaep dicitur, in medio terre et silve prefati Petri iuxta primam divisionem adiacentem, remittentes dederunt 35 tradiderunt, assignarunt, statuerunt, et conmiserunt Nicolao et Petro sepedictis et per eosdem suis heredibus heredumque suorum successoribus, habendas, tenendas et iure hereditario perpetuo possidendas, omni questione, contencione et dissessione in iteranda divisione omnium possessionum suarum reiecta, 40 quitta, mortua et sopita tali firmacione et obligacione stabilita et inserta, quod si qua parcium processu et curriculo temporis, et<sup>3</sup> divisionibus possessionum predictarum formam pacis violaret in scisma litis et contencionis, seu iurgii provocando, ante omnia parti sustinenti absque omni strepitu iudicii4 et iudicis porcione 45 pene trecentarum marcarum subiaceret. Renunciantes omni liti et accioni, in vera fraterne dileccionis, proximitatis, et consanguini-

<sup>1 =</sup> linea.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> = összekülönbözés.

<sup>3</sup> Hibásan in helyett.

<sup>4 =</sup> perlekedés.

tatis karitate. In cuius facti robor, <sup>1</sup> firmam, certam, et inconcussam perpetuamque stabilitatem, ad pecionem <sup>2</sup> parcium nostro conspectui personaliter astancium, presentes concessimus duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus magistri Demetrii, Albensis ecclesie prepositi, aule nostre vicecancellarii, dilecti et fidelis nostri. Anno Domini M<sup>0</sup> CC<sup>0</sup> sexagesimo nono, decimo kalendas Julii regni autem nostri anno tricesimo quarto. (Hazai Okmánytár, VII. k. 114—116. II.)

22.

1289. decz. 19. A Ják nemzetségbeli Sitkei Csépán és Lőrincz és Sebe a győri káptalan előtt óvást tesznek a miatt, hogy Páris fia Imre és apósa, a Ják nemzetségbeli Ebed fia Ják ispán és rokonai őket a vasvári káptalan előtt néhai rokonuk, Sebe fia, Istvánnak Bel-Ják és Köröselő nevű birtokairól lemondani kényszeritették.

Nos magister C. prepositus et capitulum Jauriensis ecclesie damus pro memoria, quod Chepanus filius Laurencii et Laurencius filius Alexandri nobiles de genere Jaak de Sytke tam pro se, quam pro Sebe filio Zobous fratre eorum coram nobis 5 constituti protestando retulerunt, quod per magistrum Emericum filium Paris et socerum eiusdem comitem Jaak de genere Jaak filium Ebed ac per nobiles de generacione eadem in linea ipsius comitis Jaak concurrentes mediante potencia vel pocius in pressione nobilis viri Ihoannis<sup>3</sup> bani filii Henrici usque ad metum 10 mortis et amissionem possessionis conpulsi fuerunt et coacti conparere coram capitulo Castriferrei et dare litteras capituli eiusdem, super eo videlicet, quod ipsi Chepanus, Laurencius et Sebe non deberent se aliquomodo intromittere de possessione comitis Stephani filii Sebe fratris eorum sine filio decedentis 15 Beelyaak et Keureseley vocatarum4 quamquam eedem possessiones ad ipsos Chepanum Laurencium et Sebem, Nicolao filio eiusdem comitis Sebe heredum adhuc solacio destituto, si con-

<sup>1 =</sup> robur.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> Hibásan peticionem helyett.

 $<sup>^3 =</sup> Johannis.$ 

<sup>4</sup> Hibásan: de possessionibus . . . vocatis helyett.

tingat, decedente, ad ipsos Chepanum, Laurencium et Sebem tanquam in proximiori linea consanguineitatis ipsis filiis Sebe adiacentes de iure et eciam de regni consuetudine devenire debeant 20 et devolvi. Datum feria secunda<sup>1</sup> proxima ante festum nativitatis Domini,<sup>2</sup> anno Domini. Mº CCº octvagesimo nono.

(Hazai oklevéltár. 114. l.)

23.

1239. Az egresi konvent irásba foglalja Gedecsi Miklós ispán végrendeletét.

Universis Christi fidelibus tam presentibus, quam futuris presentem paginam inspecturis frater A. dictus abbas de Egres et eiusdem loci conventus salutem in Domino vite presentis et future. Noverit universitas vestra, quod cum bone memorie N. comes de Guedech, frater V. Strigoniensis archiepiscopi, laboraret in extremis, A. tunc temporis priorem, S. subpriorem, H. custodem nostrum ad se fecit accersiri confessione quod3 salutifera peccatorum permissa4 litteras domini A. et B.5 regum, et capituli Albensis eisdem obtulit testimoniales, quod dum ipse prosperis adhuc habundaret6 successibus, possessionesque suas 10 et predia in quatuor partes divisisset tribus filiis, Isaac scilicet, Laurencio et Johanni, partem propriam cuilibet assignando, ne per ejus obitum discordia pullularet inter fratres; excepta terra Houd, quam ipse dimisit in commune; quartam partem tamen libere sibi reservasset, videlicet villam Guedech, Gut, Miclous, 15 Trucman, villam Nadayp, et villam Novam, cum omnibus pertinenciis, pecudibus et familia, quod cui vellett, eam posset dare, aut in elemosinam conferre, in vita vel in morte. Processu vero temporis, quando Deus quartum ei concesserat filium, parte ad se pertinente ditare illum cogitavit; ita tamen, quod partes 20 predictorum L. et J.7 cum parte junioris nomine March deberent

<sup>1 =</sup> hétfő.

<sup>2 =</sup> karácsony.

<sup>3</sup> Hibásan: confessioneque helyett.

<sup>4</sup> Hibásan: premissa helyett.

<sup>5 =</sup> Andree et Bele.

<sup>6 =</sup> abundaret.

<sup>7 =</sup> Laurencii et Johannis.

estimari, et divisione reiterata iusticia previa unusquisque partem suam sortiretur, nichilominus a villis quatuor Guedech, Gut, Trucman, Nadayp, coniugem suam decrevit esse inmunem et expertem. Propterea tamen (non)¹ est pretereundum, quod si aliquem de tribus fratribus, idest L. et J. et M., mori contingeret, pars illius ad duos superstites ex integro volveretur. In hiis omnibus predictus I.² nullam potest habere questionem, tamen in prefata terra Houd, quam quatuor fratribus decrevit dimittendam.

30 Filiabus autem suis nihil omnino dimisit, sed matri et tribus fratribus L. et J. et M., eas commisit honorifice maritandas. In hujus rei testimonium presentes litteras fecimus scribi, et sigilli nostri munimine roborari. Actum in Egres, anno Dominice Incarnacionis M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> tricesimo nono.

(Wenzel: Árpádkori uj okmánytár VII. k. 92-93. ll.)

#### 24.

1250—1300. között. Az Aba nemzetségbeli Wejtich ispán leánya, Gergely özvegye hitbérét és jegyajándékát fiának, illetőleg, ha az meghalna, néhai férje fivéreinek bizonyos ingóságok fejében átengedi.

Nos capitulum Waradiensis ecclesie damus pro memoria, quod constitutis in nostra presencia personaliter Mikaele comite, filio Ubul, pro se et pro fratre suo Egidio ex una parte, ac nobili domina relicta Gregorii, fratris eorumdem, filia Weytyh comitis de genere Aba ex altera, qui coram nobis astantes personaliter viva voce, sanaque mente sunt confessi, quod super dote et rebus parafarnalibus domine antedicte, nec non super bonis Gregorii mariti sui bone memorie decedentis, ex unamini voluntatis beneplacito et consensu taliter disposuissent, seu ordinassent, scilicet: quod ipsa domina memorata dotem suam et res parafarnales filio suo, et si filium suum, quod absit, de huius vite tedio transire contingeret, ipsius cognatis pueri, videlicet Mikaeli et Egidio supradictis ac successoribus eorumdem, remota cuiuslibet exaccionis et questionis in posterum suscitatione, penitus et per omnia dimisisset; ita ut deinceps nec ipsa

<sup>1</sup> E szó tévedésből kimaradt.

<sup>2 =</sup> Isaac.

domina, vel fratres seu cognati, vel quoquomodo ipsam contingentes, ratione dotis et rerum parafarnalium contra predictos habeant possibilitatem seu facultatem susscitandi. Cuius rev gracia, et vice predicti Mykael comes, et Egidius frater eiusdem. pro quo sepedictus Mykael astitit coram nobis, dixerunt omnia 20 bona Gregorii fratris ipsorum in rebus mobilibus, videlicet equaciem,1 pecudes, oves, et porcos, nec non arma eiusdem militaria, in educacionem ipsius domine et fili2 sui ac filie sue legitimacionem assignasse, seu statuisse. Preterea unum mancipium, sex capitibus multiplicatum, Wlkata nomine, similiter 25 ipse domine tradiderunt, tria capita ex ipsis, scilicet patrem ipsorum, Vulkata antedictum ac uxorem suam, cum filia iuniori ipsorum, pro tribus servis ipsius domine secum adductis; tria autem capita residua sorori ipsorum, filie domine antedicte assignarunt; tali tamen condicione interposita, quod ipsa domina 30 sepedicta in ipsa possessione ipsius mariti sui, si ad alium maritum se transferre noluerit, sive filius suus vivat sive non, percipiendo ipsius possessionis fructus et utilitates cum tota familia mariti sui, absque ulla molestacione, si sue competat voluntati, usque finem vite sue, sicut tempore mariti sui, debet et post3 35 residere, preter exaccionem, que fieret racione exercitus, qui cedet in usum exercituantium. Si autem se maritare iterum voluerit. extunc procuracio et provisio ipsius possessionis et utilitatum percepcio ipsis M. et E. pertinebit, donec idem puer legitimam perveniat ad aetatem, in nullo ad ipsam dominam pertinente. 40 Item si ipsa domina marito se adiunxerit, ut est dictum, predicti E. et M. filio ipsius domine, fratri ipsorum, unum ad serviendum servum ipsi puero tenentur dare et donare; qui ipsi pertinet puero, si vixerit, alioquin ipsis E. et M. de iure tenebitur pertinere. Et quia ad presens privilegio nostro radificare<sup>4</sup> 45 non potuit, tenemur eidem dare privilegium cum presentes nobis fuerint exhibite.

(Fejér: Codex diplom. t. IV. v. II. 70-71. II. a Kállay család levéltárában őrzött eredeti után helyesbbitve.)

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> Hibásan equaciam (= ménes) helyett.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> = filii.

<sup>3</sup> Hiba: potest helyett.

<sup>4 =</sup> ratificare.

#### 25.

# 1283. ápr. 15. Máté nádor végrendelete.

Nos Matheus palatinus, comes Posoniensis et Symigiensis et iudex Cumanorum memorie commendantes significamus universis, quibus expedit, presencium per tenorem, quod quia cuncta secundum divinam disposicionem sunt transitoria, et 5 unusquilibet tesauros sibi debet in celis tezaurisare; nos in diversis casibus fortune incedentes, volentes nostre anime invigilare, hoc condimus testamentum: Ut possessiones nostras Periese, Nympty et Jech vocatas cum earum pertinenciis universis et cum tributo nostro de Thopulchan, si nos de hoc seculo 10 transmigrare contingat, reliquimus et legavimus domine consorti nostre possidendas; ita quod sive inter sorores in habitu,1 sive in eisdem, donec vivat, commoretur, et liberam habeat ipsas possesiones possidendi facultatem, ac de ipsarum proventibus pro remedio nostre anime elemosinas in missarum celebracionibus 15 et in aliis largiatur. Ita tamen, quod frater noster medio tempore nichil iuris habeat in eisdem; sed dum ipsa eciam nostra consors debitum universe carnis in sui transmigracione de hoc seculo persolverit, ipse nostre possessiones in ius fratris nostri devolvantur iterato. Ordinavimus eciam, quod possessiones nostre 20 Gyrky et Nandu vocate, eo quia sunt per nos aquisite et non hereditarie, in perpetuum ius monasterij beate Virginis de Insula devolvantur et statuantur. Et ut hec premissa esse possint rata et firma, domine Elysabeth de Insula beate Virginis sorori domini nostri regis, excellentissime domine nostre, commissimus 25 omnia illa observari facienda. Datum apud Sambuk in Cena Domini anno eiusdem Mº CCº LXXXº tercio.

(Eredeti hártya a m. kir. országos levéltárban. DL. 1143. szám alatt.)

<sup>1 =</sup> szerzetes rendben.

26.

1231. II. Endre király visszaadja az esztergomi egyháznak a Nikolin prépost által királyi engedély nélkül hagyományozott s ennélfogva a királyi kincstár részére lefoglalt földeket.

Andreas Dei gracia Hungarie rex omnibus tam presentibus, quam futuris, litteras presentes inspecturis salutem et omne bonum. Ad universorum tam presencium, quam posterorum noticiam presencium tenore volumus pervenire, quod nos regia liberalitate inducti, terram Sagv, quam fidelis noster Nicolynus prepositus ecclesie Strigoniensis ex nostra donacione possidebat, que antea ad castrum de Hunt pertinebat; et illam, quam ipse idem prepositus a filiis Chepea pro quadam sumpma pecunie sue, in quibus ei illi remanserant<sup>1</sup>, ordine iudiciario optinuerat; cum ipse N. prepositus iter universe carnis ingressurus, in 10 ultimo testamento suo, non accepta a nobis licencia, nec nostro consensu et beneplacito inquisito, illas terras pro remedio anime sue ecclesie Strigoniensi reliquisset et nos easdem terras, sicut ad regium fyscum debebant de iure devolvi veluti possessiones illorum, qui sine herede solent decedere, a dicta ecclesia recepis- 15 semus; tamen regia pietate, sicut in primis est pretaxatum, inducti, tum recordatis fidelitatibus et serviciis nominati prepositi ecclesie Strigoniensis, eodem iure cum omnibus suis pertinenciis, quibus ipse prepositus possidebat, restituimus primam donacionem sepedicti prepositi regia auctoritate confirmantes. 20 Ut igitur hec a nobis facta donacio salva semper et inconcussa permaneat, nec nostris unquam, seu nostrorum successorum temporibus valeat retractari, presentem paginam dupplicis sigilli nostri munimine fecimus roborari. Datum anno Dominice incarnacionis millesimo CCº XXXIº Regni nostri anno vicesimo octavo. 25

(Wenzel: Árpádkori uj Okmánytár. VI. k. 498. l.)

<sup>1 =</sup> adósai maradtak.

# Forráshelyek a rendi alkotmány kifejlődésének történetéhez.

### A)

## A szent korona tanához.

- 1 1. Hkv. I. r. 3. cz. 6. §. Postquam vero inspirante Spiritus Sancti gratia ad agnitionem veritatis, Catholicaeque fidei professionem, opera ipsius sancti regis nostri, Hungari venere, et eundem sponte in regem elegere, pariter et coronavere; omnis nobilitationis, et ex consequenti possessionariae collationis, qua nobiles decorantur, et ab ignobilibus segregantur, facultas, plenariaque potestas, in jurisdictionem sacrae coronae regni hujus, et per consequens in principem, ac regem nostrum, a communitate, et communitatis ab auctoritate, simul cum imperio, et regimine translata est, a quo jam omnis nobilitatis origo, per quandam translationem reciprocam, reflexibilemque connexionem,
- ita mutuo semper dependet; ut sejungi, segregarique nequeat, et alter sine altero fieri non possit.

  2. Hkv. II. r. 3. cz. 2. §. Verum posteaquam ad fidem catholicam sunt conversi, et regem sponte sibi ipsis elegerunt; tam condendae legis, quam etiam cujuslibet possessionariae collationis, atque omnis judiciariae potestatis facultas in jurisdictionem sacrae regni hujus coronae, qua cuncti reges Hun-
- gariae, coronari solent, et subsequenter principem ac regem 20 nostrum legitime constitutum, simul cum imperio, et regimine translata est.
  - 3. 1435 : II. prin. 3. §. Tandem ipsorum congregatione adunata, de eorundem praelatorum, et baronum nostrorum, nec

non nobilium regni nostri, totum corpus ejusdem regni, cum plena facultate absentium, repraesentantium, unamini voto, con- 25 silio, deliberatione, et consensu, pro debita, ordinata, et conformi justitiae administratione, incolis ejusdem regni aequaliter omnibus de caetero exhibenda, nec non quieto, et tranquillo statu eorundem regnicolarum; infra scriptas constitutiones, statuta, et leges in perpetuum duraturas, et inviolabiliter observandas, disposuimus, 30 decrevimus, et duximus ordinandas, declarandas, et firmandas.

4. Hkv. I. r. 4. cz. Proinde vera nobilitas, usu disciplinaque militari, ac caeteris animi, corporisque dotibus, et virtutibus acquiritur. Nam, ubi princeps noster quempiam hominum, cujuscunque conditionis existat, ob praeclara facinora, ac ser- 35 vitia, castro, vel oppido, sive villa, aut alio *jure possessionario*, condonaverit, mox ille per hujusmodi donationem principis (statututione legitima subsequente) in verum nobilem creatur, et ab omni rusticitatis jugo eripitur.

1. §. Et ista tandem *donativa libertas*, per nostrates, nobilitas 40 appellatur. Unde talium nobilium filii, merito haeredes, et liberi nuncupantur. Et hujusmodi nobiles, per quandam participationem, et connexionem *immediate* praedeclaratam, *membra sacrae coronae* esse censentur; nulliusque, praeter principis legitime coronati, subsunt potestati.

5. Hkv. I. r. 10. cz. Quia dictum est superius, quod omnis nobilitatis, et *possessionariae collationis* plenaria potestas, in principem nostrum translata sit: ideo advertendum; quod princeps ipse noster universorum dominorum, baronum, et magnatum, ac aliorum regni nobilium, possessionatorumque hominum, in 50 casu, quo quis eorum, sine haeredibus et posteris decesserit, verus, et legitimus successor sit.

1. §. Omnia enim bona, et jura eorum possessionaria, ab ipsa sacra regni Hungariae corona, virtute translationis praenotatae, originaliter dependent, et ad eandem semper respiciunt, 55 devolvunturque eorum possessore legitimo deficiente.

6. Hkv. III. r. 1. cz. 1. §. Et consequenter, regnorum, Dalmatiae, Croatiae, et Sclavoniae, atque Transylvaniae, sacrae videlicet coronae regni hujus Hungariae dudum subjectorum, et incorporatorum consuetudinibus, a nostra lege parumper distantibus, 60 atque discrepantibus: de quibus, plurimae causae post finalem earum decisionem, in dictam curiam regiam, maturioris revisionis, et evidentioris discussionis gratia transmitti consueverunt.

B)

## Az osztályszervezethez.

7. Hkv. II. r. 4. cz. 2. §. *Populus* enim eo differt a *plebe*, quo species a genere. Nam appellatione populi, universi nobiles, tam magnates, quam inferiores, etiam ignobilibus computatis, significantur; plebis autem nominatione, soli ignobiles intelliguntur.

# a) A vérdij (homagium.)

- 8. Hkv. III. r. 5. cz. Sed quia de homagio, ac marcis homagialibus mentio saepenumero praehabita est; ideo sciendum breviter, quod homagium dupliciter accipitur.
- §. 1. Uno modo secundum leges, quasi hominis ligium, seu ligamen: et est; fidelitas, praestita superiori per inferiorem.
   10 Vel est: fidelitas, quae debetur soli principi, nullius alterius fidelitate salva.
- §. 2. Alio modo sumitur homagium, secundum communem usum, tunc est; mulcta, vel aestimatio homicidarum: quae talis est, ut homicidae redimant se ab his, quibus competit, juxta
   15 aestimationem capitum suorum, ultra alias poenas pro actibus potentiariis penes homicidium forsitan patratis, debitas, et infligi solitas.
- §. 3. Nonnulli tamen dicunt; homagium, pretium esse hominis perempti: licet absurdum sit ita dicere. Nam mortuus 20 nullo pretio redimi, et a mortuis suscitari potest. Sed homicida, ne talionem subeat, ut caput suum, et non illius, quem peremit, redimat, necesse est.

## b) Praelatusok és bárók.

- Hkv. I. r. 2. cz. Sciendum in primis est: quod personarum, de quarum juribus, et consuetudinibus nunc agitur,
   aliae sunt spirituales, sive ecclesiasticae; aliae vero saeculares.
- §. 1. Et quamvis personae spirituales (medio quarum salutem humanam Dominus et Salvator noster administrari instituit) personis saecularibus digniores habeantur; tamen omnes domini praelati, et ecclesiarum rectores, ac barones, et caeteri 30 magnates, atque nobiles, et proceres regni hujus Hungariae,

ratione nobilitatis, et bonorum temporalium, una, eademque libertatis, exemptionis, et immunitatis praerogativa gaudent; nec habet dominorum aliquis majus, nec nobilis quispiam minus de libertate. Hinc etiam una, eademque lege, et consuetudine, ac uno, et eodem juridico processu, in judiciis utuntur, homagi- 35 orum duntaxat quantitate variantur.

- §. 2. Nam domini praelati, et barones centum, nobiles vero quinquaginta marcas, pro homagiis suis consequuntur, ut infra clarius dicetur. Et hoc quoque non ratione libertatis, sed praetextu dignitatis et officii; praelati utputa occasione dignitatis 40 sacerdotii; barones vero, respectu officii, quo funguntur, et a principe sublimantur.
- §. 3. Unde et regi propinquiores in stando, vel sedendo, et *primi in consilio voces emittendo*, atque priores in rempublicam augmentando, et defensionem patriae peragendo, caeteris nobi- 45 libus existunt, virtuteque dignitatis, et officii merito praeferuntur.

# c) A decretum záradékában való felsorolás.

- 10. Hkv. I. r. 94. cz. 1. §. Sunt itaque veri barones, quorum ab antiquo nomina, decretis, et literis confirmationalibus regiis, inseri consuverunt.
- §. 2. Palatinus regni Hungariae: judex curiae regiae: 50 regnorum Dalmatiae, Croatiae, et Sclavoniae banus: wajvoda Transylvanus; et Siculorum comes, banus Zewriniensis; nam Machoviensis banatus per Turcas nostro aevo deletus est. Item tavernicorum: janitorum: pincernarum: dapiferorum: ac agazonum, regalium, et reginalium magistri; nec non Themesiensis 55 et Posoniensis comites.
- 11. 1351: XXV. 3. §. Venerabilibus in Christo patribus et dominis, Nicolao Strigoniensi, locique ejusdem comite perpetuo et Dominico Spalatensi, archiepiscopis, fratre Dionysio archielecto Colocensi; Nicolao Agriensi, Demetrio Varadiensi, 60 Andrea Transilvano, Colomano Jauriensi, Nicolao Quinqueecclesiensi, Michaele Vaciensi, Johanne Vesprimiensi, Thoma Chanadiensi, fratribus Thoma Syrmiensi, Peregrino Bosnensi, Stephano Nitriensi et Blasio Tyniensi episcopis, ecclesias Dei fideliter gubernantibus.
- §. 4. Magnificis baronibus Nicolao palatino et iudice Cumanorum, Nicolao filio Laurentii wayvoda Transylvano, Oli-

verio magistro tavernicorum nostrorum, et judice curiae dominae reginae, genitricis nostrae charissimae, comite Thoma iudice 70 curiae nostrae, Stephano totius Sclavoniae et Croatiae, Dominico de Macho et Nicolao de Zeurino banis, Paulo magistro tavernicorum reginalium, Bartholomaeo pincernarum et Leukus dapiferorum, Dionysio agazonum et Tueteus janitorum nostrorum, nec non Johanne filio ejusdem Oliverii, dapiferorum reginalium 75 magistris. Simone filio Mauritii comite Posoniensi et aliis quam plurimis, regni nostri comitatus tenentibus, et honores.

## d) A hitbér (dos) összege.

- 12. Hkv. I. r. 93. cz. 3. §. Nam secundum status, et dignitatis maritorum praeeminentiam, ac bonorum, et jurium possessionariorum eorundem quantitatem variatur, fitque solutio dotalitiorum: verbi gratia: relicta baronis plus consequitur ratione dotalitii, quam relicta unius magnatis. Itidem relicta nobilis centum, vel quinquaginta colonos possidentis, plus nomine dotis assequitur, quam alterius nobilis, cui minor fuerit colonorum numerus.
- § § 4. Si enim maritus officium baronatus gesserit; tunc mulier ipsa centum marcas. Si vero magnas, vel baro solo nomine fuerit, et officio baronatus caruerit, aut insignis nobilis, vel miles exstiterit, et quinquaginta sessiones iobagionales populosas, vel plures habuerit; relicta ejus quinquaginta marcas pro dote sua consequitur: marcam quamlibet per quatuor florenos Hungaricales, aut quadringentos denarios, praesentis monetae, computando.
- §. 5. Relictae autem aliorum *inferioris* status, et conditionis nobilium, de bonis, et juribus maritorum possessionariis, 95 secundum magis, et minus, *juxta scilicet bonorum quantitatem, aestimatione communi mediante* (exlusis agris, sylvisque, et pratis, ac aliis pertinentiis, et proventibus bonorum exterioribus) dotes suas rehabere poterunt.

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> Az Országos Levéltárban DL. 4239. sz. a. őrzött eredeti alapján helyesbitve.

# e) Az ügyvéd (procurator) bevallása.

- 13. Hkv. II. r. 13. cz. 6. §. Superiores itaque praelati et archiepiscopi, et episcopi: nec non prior auranae: ac comites 100 liberi, et perpetui, regni: etiam Rasciae Despotus; per literas eorum veris proprias et notoriis sigillis ipsorum roboratas, procuratores constituendi facultatem habent.
- 14. Blagay család oklevéltára 381. l. (1470.) Nos Mathias Dei gracia rex Hungarie, Bohemie etc. memorie com- 105 mendamus tenore presencium significantes, quibus expedit, universis, quod in personis fidelium nostrorum magnificorum Johannis, Stephani, Nicolai et Michaelis comitum de Blaga, necnon domine Katherine matris eorundem nostre maiestati declaratum extitit in hunc modum, quomodo ipsi ad capitula 110 aut conventus seu alia loca pro conficiendis literis procuratoriis propter metum et formidinem Thurcorum sepius adire non auderent et timerent, ne sine literis procuratoriis aliquando cause eorum turbarentur. Unde supplicatum fuit nobis in personis eorundem exponencium, ut eis circa premissa remedium 115 adhibere dignaremur opportunum. Qua de re nos de plenitudine nostre regie potestatis et gracia speciali eisdem Johanni, Stephano, Nicolao et Michaeli de Blaga, necnon domine Katherine matri eorundem ipsorumque heredibus et posteritatibus universis id duximus annuendum et concedendum, ut ipsi sub sigillis 120 ipsorum, quibus uti dinoscuntur, veros et legitimos procuratores constituendi et ordinandi, ipsique procuratores ipsorum vigore huiusmodi literarum procuratoriarum coram quovis iudice et iusticiario regni nostri ecclesiastico videlicet et seculari, per quos eciam id pro rato teneri volumus, in omnibus causis ipsorum 125 et earundem articulis tam per ipsos contra alios, quam per alios quospiam contra ipsos motis vel movendis agendi et respondendi habeant potestatis facultatem. Imo annuimus et concedimus harum nostrarum, quibus secretum sigillum nostrum, quo ut rex Hungarie utimur, est appensum, vigore et testimonio 130 literarum mediante. Datum Bude die dominico proximo ante festum beati Thome apostoli, anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo, regni nostri, anno tredecimo, coronacionis vero septimo.
- 15. Zichy Okl. III. 282. l. (1365.) Nos comes Stephanus 135 Bubek iudex curie domini Lodovici Dei gracia regis Hungariae

damus pro memoria, quod causam quam dominus Wyllhermus episcopus ecclesie Quinqueecclesiensis, pro quo Johannes literatus cum procuratoriis literis eiusdem astitit, contra magistrum Johannem 140 filium Vezzeus personaliter conparentem, iuxta continenciam priorum literarum nostrarum prorogatoriarum in quindenis residencie exercitus regalis versus Bulgaros moti et ad octavas festi beati Mychaelis archangeli proxime preteritas proclamate movere habebat coram nobis, de parcium voluntate ad octavas 145 festi beati Georgii martyris nunc venturas duximus prorogandam. Datum in Vyssegrad octavo die termini prenotati, anno Domini Mº CCCº LXº quinto.

# f) A jus decem personarum.

16. Hkv. II. r. 40. cz. prin. Sciendum est autem; quod quilibet praelatus, et baro ex officio, abbasque, et praepositus 150 infulatus, et annulatus, pro decem personis nobilium, ratione suae dignitatis, habet jurandi potestatem.

17. Pannonhalmi rendtörténet VIII. k. 502-503 l. (1437.) "... una cum prelatis et baronibus ac regni nostri nobilibus nobiscum in iudicio existentibus iudicando commisimus eo modo, 155 ut annotatus frater Mychael abbas de Beel, eo, quod infula, anulo et baculo pastorali fungere dinoscitur, ex eoque racione sue dignitatis pro decem personis nobilium iurandi habet facultatem, octavo die festi assumpcionis Virginis gloriose proxime venturi sola sua in persona in monasterio suo et in suo stallo 160 indutus suis vestibus pontificalibus coram testimoniis capituli ecclesie Wesprimiensis, que per ipsum capitulum pro ipsis partibus illuc transmiti iubemus, comparendo et baculum in sinistra manu tenendo manumque dextram ad pectus suum ponendo ad sue consciencie puritatem et statum sue regulari-165 tatis id, quod nulla porcio possessionaria in dicta possessione Kavar, quam idem Sandor acquireret, apud ipsum et sub potestate ipsius sit et existat, dicere et reffere, et post hec ipsius conscienciose assercionis seriem partes in litteris dicti capituli Wesprimiensis ad octavas festi beati Michaelis archangeli nunc 170 venturas eidem nostre personali presencie reportate teneantur . . . . "

# g) A grófok (comites perpetui et liberi).

18. 1486: XXI. t.-cz. Item, quia nonnulli se a judicio, et jurisdictione banorum, waywodarum, comitum, vel vice-comitum parochialium eximi, et solummodo judicio, et judicatui regiae majestatis praeservari procurarunt; sub cujus exemptionis confidentia, caeteros plurimis damnis, injuriis, oppressionibus, nocu-175 mentis, et aliorum malorum generibus impune afficere consveverunt.

§. 1. Quare statutum est: quod universae hujuscemodi exemptiones hactenus qualitercunque concessae, et per quoscunque impetratae (demptis duntaxat perpetuis comitibus, qui ex vetustissima divorum regum ordinatione, solius regiae majestatis 180 judicio reservari intelliguntur) revocentur, cassentur, et nullius vigoris, aut firmitatis habeantur: merito quippe concessa immunitate, et gratia privari debent, qui illa abutuntur.

§. 2. Et si imposterum, per quospiam similes exemptiones et gratiae, forte impetrarentur: illae quoque vigore praesentis 185

decreti, nullius vigoris intelligantur.

# h) A szavazás módja.

19. Hkv. III. r. 2. cz. 8. §. Debent autem ejuscemodi constitutiones, et statuta, cum majori, et saniori parte populi fieri, atque stabiliri: quia aliter non dicerentur populi, vel communitatis statuta. Verum, si populus in duas divideretur 190 partes; tunc constitutio sanioris, et potioris partis valet. Sanior autem, et potior pars illa dicitur; in qua dignitate, et scientia fuerint praestantiores, atque notabiliores.

# i) Jóbirtoku és egytelkes nemesek.

20. 1447 : XXXI. §. 1. Item: quod singulis annis, ad festum Pentecostes, omnes Praelati, Barones, Magnates et Nobiles 195 Regni, demptis Nobilibus, nullum Jobbagyionem, aut minus,

quam viginti Jobbagyiones habentibus conveniant.

21. 1435: I. decr. 3. art. (Rubr. Nobiles impossessionati, seu colonos non habentes, in propriis personis in bellum ire tenentur.) Caeteri denique nobiles, jobagionibus carentes, singu-200 lariter propriis in personis, hi videlicet, qui dominos habere dignoscuntur, sub quorum nominibus, et expensis exercituare

solent, cum eorum dominis ac gentibus, seu banderiis; alii autem, hujusmodi dominos non habentes; de propriis eorum 205 possessionibus, domibus, et in expensis suis, cum eorum comite parochiali . . . . similiter pro sua facultate condecenter armati, et dispositi, exercitualiter proficisci teneantur.

22. 1439: XXVIII. Nobiles tam jobagiones habentes, quam non habentes; de terris propriis (1492: L.) decimas dare non

210 teneantur: antiqua eorum libertate requirente.

23. 1498: I. §. 9. Nobiles autem unius sessionis, ex decem, unum mittere debebunt.

24. 1486: IX. Item, quia in quolibet comitatu nobiles, qui caeteris et conditione, et facultatibus reperiuntur inferiores, pro
 215 judicibus nobilium eligi consueuerunt, quo fit; ut plurimae levitates, timore, favore, et praemio, per illos committuntur.

§. 1. Eam ob rem statutum est; prout etiam temporibus quondam serenissimi domini Sigismundi imperatoris, et aliorum regum observatum fuisse plane constat; quod deinceps non 220 tales, sed boni, et digni, beneque possessionati nobiles, in qualibet comitatu, ex residentibus eligantur.

# j) Praedialista nemes.

25. Hazai Okm. IV. 117. (1309.) Capitulum Wesprimiensis ecclesie omnibus presentes litteras inspecturis, salutem in Domino sempiternam. Ea que aguntur in tempore, ne simul cum lapsu 225 temporis labantur, scripture memoria solent peremnari. Ad universorum igitur noticiam harum serie volumus pervenire, quod cum Paulus filius Laurencii, iobagio noster de Abraam plurima nobis et ecclesie nostre inpenderit fidelitatis obsequia, volentes ceteros iobagiones nostros exemplo ipsius ad fidelitatis opera 230 diligencius et ardencius invitare, ad instanciam et peticionem ipsius de condicione vinicultorum nostrorum eundem et Gregorium filium eiusdem eximentes in numerum nobilium iobagionum nostrorum exercituare debencium ipsum et prefatum Gregorium filium eius ac omnes heredes ipsorum, . . . . (duxi)mus trans-235 ferendos; volentes ut iidem et heredes eorum eodem libertatis privilegio gaudeant, quo ceteri nobilis iobagiones nostri exercituare debentes dinoscuntur, . . . . (of)ficium nobis et ecclesie nostre facilius inpendere valeant in futurum, (conc)essimus eisdem, ut in eadem terra nostra et non alias resideant sessiones . . .

quam vel quas pater ipsius et per consequens idem possedit et 240 nunc possidet, possidendi et habendi eandem a modo habeant facultatem.

# k) A jászok, kunok.

26, 1498: XLVII. §. 1. Quare, ut hujusmodi dissensionis materia eradicetur, statutum est: quod ex quo *Comanis*, et *Philistaeis*, ac Ruthenis, *ad bona nobilium nullus abire permittitur*; 245 sic neque de caetero jobagiones nobilium, per officiales majestatis regiae, vel *dictos servilis conditionis homines*, in medium ipsorum causa commorandi abducantur.

27. 1514: XXIII. Item quod philistaei, et comani, ac caeteri jobagiones regiae majestatis; ubilibet residentes (demptis civi-250 tatibus liberis, et muratis) tam ad censuum, et munerum, nonarumque; quam etiam servitiorum exhibitionem; instar aliorum colonorum, et rusticorum hujus regni de caetero teneantur, et sint obligati.

# I) A székelyek.

28. Székely Okl, I. 52. I. (1346.) Literae protectionales 255 Ludovici I. regis pro Paulo filio Dominici filii Salamonis de Sényő super eo, quod cum super Siculitate praefatorum quaestio exorta fuisset, praefatus rex eosdem pro Siculis non recognoscendo capitulis Strigoniensi ac Agriensi commiserit, ut eatenus investigationem facerent; ex qua investigatione vera eorundem 260 Siculitate eveniente, maiestas etiam regia eos pro veris et indubitatis Siculis recognovit, ita quidem ut super eo extradatas literas privilegiales nullibi producere teneantur, et ubi placita foret, ipsis habitatio libere concedatur.

# m) Várjobbágy nemesitése.

29. Zichy Okl, III. 156. l. (1359.) Nos Lodovicus Dei 265 gracia rex Hungarie memorie commendantes tenore presencium significamus, quibus expedit universis, quod magister Symon comes Posoniensis ad nostram accedendo presenciam humili precum cum instancia a nostra postulavit maiestate, ut Petrum, Ladislaum, Nicolaum, Stephanum et Fabianum filios Jacobi de 270 Anarch et de Duge a *iobagionatu castri* de Zaboulch *simulcum* 

possessionibus et terris eorundem de benignitate regia, que se petentibus solet exhibere liberalem et benignam, eximentes et excipientes in numerum, cetum et catervam nobilium regni nostri

275 de gracia speciali dignaremur aggregare. Nos igitur, secundum quod regio magnitudinis expostulat et requirit officium, ut uniuscuiusque merita animo meciamur pietatis, propositis postulacionibus et humilimis peticionibus prefati magistri Symonis diligenter exauditis, revocatisque in memoriam, fidilitatum

280 obsequiosis meritis prefatorum filiorum Jacobi, que ipsos in cunctis nostris et regni nostri negociis, prosperis et adversis iuxta eorum status quiditatem teste eodem magistro Symone exhibuisse cognovimus, eosdem filios Jacobi a predicto iobagionatu castri simulcum omnibus eorum possessionibus et terris omnino abso-

285 lutos fore committentes, in numerum, consorcium et catervam verorum regni nostri nobilium et serviencium regalium sub preclare nobilitatis titulo amodo in antea gavisuros de plenitudine nostre gracie duximus perhempniter aggregandos, testimonio presencium mediante. Datum in Tyrnavia in festo beati Sixti pape, anno 290 Domini Mmo CCCmo Lmo nono.

30. Zichy Okl. III. 209. l. (1362.) Ludovicus, Dei gracia Hungariae . . . . rex . . . . quod Nicolaus filius Bartholomei iobagio castrensis condicionarius de Doba de Comitatu de Zonuk ad nostre serenitatis accedendo presenciam nostre humiliter.

295 supplicavit maiestati, ut ipsum et Johannem fratrem suum simul (cum terra) seu porcione ipsos in prefata possessione Doba vo(cata) contigenti a premisso iobagionatu castrensi ac condicione exhonerare, expiare et de regie pietatis clemencia absolvere, et in cetum, numerum et catervam ac consorcium verorum regni

300 nostri nobilium dignaremur agregare, Nos . . . . de regie potestatis plenitudine et gracia speciali perpetue expiamus, exhoneramus et absolvimus, ipsosque in numerum, cetum, catervam et consorcium verorum regni nostri nobilium et servientum regalium sub vexillo regio militancium agregamus, ita ut iidem Nicolaus

305 et Johannes et tota eorum posteritas amodo in antea, eodem mero et sincero nobilitatis privilegio pociantur quo ceteri et primi regni nostri nobiles gaudent et fruuntur, pressentis privilegii nostri patrocinio mediante . . . .

# n) Nemesités.

- 31. Hkv. I. r. 6. cz. 2. §. Ad nobilitatem itaque comprobandam non petuntur in judicio exhiberi insignia, vel arma 310 nobilitaria, sed solae literae donationales, vel statutoriae, cum declaratione possessionariae collationis editae, produci debent; imo illis non habitis, literae duntaxat expeditoriae super solutione quartalitiorum (dummodo tempus praescriptionis jurium regalium transcendisse dignoscatur) confectae, ad comprobationem hujus-315 modi nobilitatis abunde sufficiunt.
- 32. Hkv. I. r. 6. prin. Sciendum ulterius: quod veri nobiles etiam alio modo, et absque jurium possessionariorum donatione fiant, et creentur, dum videlicet princeps noster, quoscunque plebeae conditionis homines, a rusticitatis, et igno- 320 bilitatis servitute sequestrando, et eximendo, in coetum, ac collegium, numerumque verorum regni nobilium aggregat, et adscribit. Tales etiam sine possessionaria collatione, veri nobiles reputantur. Qui quidem nobiles, utroque modo creati, et eorundem cuncti haeredes, per lineam virilis sexus legitime descen- 3 dentes, (si etiam arma, seu insignia nobilitaria, aut literas super armorum figuris, et collationibus editas non habeant) veri tamen semper nobiles censentur.

33. Hkv. I. r. 7. prin. Item illi, qui ex nobili duntaxat matre, et rustico patre sunt propagati, veri nobiles non dicuntur. 330 Nisi forsitan mulier ipsa fuisset per regem in verum haeredem jurium paternorum (sine tamen praejudicio legitimorum succes-

sorum) praefecta, atque creata.

§. 1. Nam hoc modo, filii sui, etiam ex ignobili patre progeniti (quia praefectio naturam, vimque donationis, ac jurium 335 possessionariorum collationis sapit, atque repraesentat) veri

nobiles reputantur.

34. Hkv. I. r. 8. cz. Item fiunt adhuc et alio modo nobiles, per adoptionem: dum videlicet quis dominorum, vel nobilium, rusticum, seu ignobilem quempiam, in filium sibi adoptaverit, 340 et successorem, haeredemque bonorum suorum substituerit, et hujusmodi adoptioni consensus regius accesserit; tandem et statutio legitima bonorum ipsorum subsecuta fuerit, (quia adoptio aeque, sicut praefectio, cum consensu regio vim donationis tenet) ignobilis ille, et filii sui, veri nobiles reputantur.

35. Hkv. I. r. 6. cz. 1. §. Arma enim a principe cuipiam concessa, non sunt de necessitate, sed solummodo de bene esse nobilitatis. Nam armorum collatio simpliciter facta, non nobilitat quemquam; cum etiam civium, et plebeorum hominum 350 multi habeant armorum insignia per principem donata, per haec tamen in numerum nobilium non computantur.

## o) A nemesek főszabadságai.

36. Hkv. I. r. 9. cz. Quamvis autem horum nobilium multae sint libertates, per privilegia, et constitutiones principum explicatae; quatuor tamen censentur esse praecipuae, quas hic inse-355 rendas curavi.

§. 1. Prima igitur est: quod ipsi, nisi primum citati, vel vocati, ordineque judiciario condemnati fuerint; in eorum personis, ad quorumvis instantiam, vel clamores, aut preces, nusquam,

et per neminem detineri possint.

§. 2. Violatur tamen haec libertas in factis, causisque criminalibus, puta homicidio deliberato, villarum combustione, furtoque, et rapina, seu latrocinio, atque etiam violenti adulterio, in quibus honorem, titulumque, et libertatem nobilitatis, quilibet amittit. Et si poterit, etiam per rusticam manum in loco delicti, 365 et criminis commissi, libere semper talis detineri et juxta suos excessus condemnari, punirique merito valebit.

§. 3. Verumtamen si de loco delicti aufugerit, et manus adversantium evaserit; postea non aliter, nisi citatione, vel evocatione mediante, processuque juridico, damnari, et aggravari debebit.

- §. 4. Secunda libertas, quod nobiles totius regni, nullius, praeterquam principis legitime (ut praetactum est) coronati, subsint potestati, et ipse quoque princeps noster, ad simplicem querelam, et sinistram suggestionem alicujus, neminem eorum praeter viam juris, et altera parte non audita, in persona, vel 375 rebus suis, ordinaria authoritate, impedire potest.
  - §. 5. Tertia est: quod justis eorum juribus, et omnibus proventibus intra terminos territoriorum suorum adjacentibus, liberam semper prout volunt, fruendi habent, potestatem: ab omnique conditionaria servitute, ac datiarum, et collectarum,

380 tributorum, vectigalium, tricesimarumque solutione, per omnia immunes, et exempti habentur: militare duntaxat pro regni defensione tenentur.

- §. 6. Quarta (ut reliquas praeteream) et ultima est; quod, si quispiam regum, et principum nostrorum, libertatibus, nobilium, in generali decreto, excellentissimi principis quondam 385 domini secundi Andreae regis, cognomento Hierosolymitani (ad quod observandum, quilibet regum Hungariae, priusquam suum caput sacro diademate coronaretur; sacramentum praestare solet) declaratis, et expressis, contravenire attentaret; tunc sine nota alicujus infidelitatis, liberam illi resistendi, et contradicendi habent 390 in perpetuum facultatem.
- §. 7. Per nobiles autem hoc in loco, generaliter universos dominos praelatos, barones, caeterosque magnates, et alios regni hujus proceres intellige, qui (sicut praenarratum est) una, ejusdemque libertatis praerogativa semper muniuntur.

# p) A zsidók. A jobbágyok.

37. Hkv. III. r. 36. sz. Item quamquam ex parte Judaeorum, non sit instituti mei quicquam annotere; cum Judaei varia et diversa habere dignoscantur, super eorum legibus privilegia, plerisque in locis saluti contraria, et alias perniciosum videatur de usuris judicare.

38. Hkv. III. r. 30. cz. 7. §. Per hoc tamen non est 400 intelligendum, ut haereditas per rusticum cuipiam legata vel vendita, jure perpetuo a domino terrestri alienari possit: nam rusticus praeter laboris mercedem, et praemium, in terris domini sui, quantum ad perpetuitatem, nihil juris habet: sed totius terrae proprietas, ad dominum terrestrem spectat, et pertinet. 405

39. Hkv. III. r. 27. cz. 1. §. Nam quilibet rusticus, et impossessionatus homo, cum suo juramento unum florenum, centum denarios valentem, et non plures recipere potest, et ex consequenti; ad majus sacramento suo nec expurgare, nec condemnare quemquam poterit.

